

54. 247

ORIGENIS ADAMAN

ti Operum Tomi Duo Piores cum Tabulis &
Indice generali proxime sequentibus.



Venundantur cum reliquis Jo
anni Paruo: Jodoco Badio: et
Conrado Kesch.



largiatur. Nos similitudinē auri faciemus, nō habemus aurū. Et in hoc quoq; lātādum est, si similitudines auri, si stigmata faciamus argenti. Similitudines auri faciemus tibi, cum stigmatibus argenti, verū non omni tempore, sed donec sponsus tuus surgat a cubitu. Cum em̄ ille surrexerit, ipse tibi aurū, ipse faciet argentū, ipse tuā mentē sensumq; decorabit, & eris vere diues in spōsi domo spōsa formosa, cui est gloria in secula seculorum. Amen.

Homilia secunda ex Origene traducta ab eo loco in quo scriptū est, Nardus mea dedit odo rem suum. vñq; ad eū locum, in quo aīt. Quia vox tua suavis & forma tua decora, & cetera.



A MNES animę motiones vniuersitatis cōditor deus creauit ad bonū: sed pro vsu nostro sit sēpe vt res quę bona sunt per naturam, dum male his abutimur nos ad peccata deducant. Vnus de animae motibus amor est, quo bene veimur ad amandū, si sapientiā amans, & veritatē. Quādo vero amor noster in p̄iora corruerit, amamus carnē & sanguinē. Tu igitur vt spiritualis audi spiritualiter amatoria verba cantari, & disce motū animae tuae, & naturalis amoris incendisi ad meliora trans ferre, secūdū illud. Ama illā & seruabit te, circunda illā & exaltabit te. Viri diligite vxores vestras, aīt Apostolus: sed nō fletit in eo qđ dixerat, viri diligite vxores vestras, verū sciens esse dilectionē virorū in propriis quoq; vxori bus inhonestā, sciens esse placentē deo, docuit quomodo viri vxores suas amare deberēt, in serens: Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus ecclesiā. Et hēc qđ ī proœmio eo rūm quę postea dīsserēda sunt diximus. Quia amici sponsi dum rex in recubitu suo est, re quiescēs ei dormiuit vt leo, & vt catus leo in spōse promiserāt donec ille cōsureret si militudines auri & argenti esse facturos, non habentes aurū vt sponsus, & quodammodo aliis verbis sponsi passio p̄dicata est, non irrationabiliter ad hēc sponsa respōdet: & ipsa dispensationē quandā passionis intelligēs ad id qđ audierat, Similitudines auri faciemus tibi

B cum stigmatibus argēti, donec rex in recubitu suo est, aīt. Nardus mea dedit odorem suū. Fasciculus guttę fratreliis meus mihi, in me dīo vberū meorū demorabit. Quomodo igit̄ aptabimus ei id qđ p̄cessit, Donec rex in recubitu suo ē, id qđ sequit, Nardus mea dedit odorē suū! Loquit euangeliū quia venit miser habens alabastrū vnguenti nardi p̄stici preciosi, non illa peccatrix, sed sancta, de qua

nūc mihi sermo est. Scio q̄ppe Lūcā de peccatrice, Matthēū vero, & Ioānē, & Marcū nō dē peccatrice dixisse. Venit ergo nō peccatrix illa, sed sancta, cui⁹ nomē quoq; Ioānes īseruit, Maria q̄ppe erat habēs alabastrū vnguēti nar di p̄stici p̄ciosi, & effudit sup caput Iesu, Deinde sup hoc indignatib⁹ nō oībus discipulis sed Iuda solo dicēte, Potuit venidari hoc tre cētis denariis & dari pauperib⁹, respōdit magister, atq; saluator. Semp pauperes habebitis vobiscū, me aut̄ nō semp. Preueniēs q̄ppe hēc in diē sepulturę meā fecit. Ideo vbi cūq; p̄dīcatū fuerit euangeliū istud, dicitur & q̄ fecit hēc in memorīā eius. In figura ergo istius qđ **C** nūc loquit, Nardus mea dedit odorē suū, illa super caput dñi fudit vnguentū: & tu quoq; assume nardū, vt postq; caput Iesu suauī odo re perfuderis, possis audacter effari, Nardus mea dedit odorē suū, & a Iesu reciprocū audire sermonē, quia vbi cūq; p̄dīcatū fuerit hoc euāgeliū in toto mundo, dīce & q̄ fecit hēc in memorīā ei⁹. Tu quoq; facito, in vniuersis gētibus p̄dicato. Qñ autē hoc facies! Si factus fueris vt Ap'l's, & dixeris, Christi bonus odor sumus, in omni loco in his q̄ saluant, & in his q̄ pereunt. Bona opera tua nardus sunt. Si vero peccaueris, peccata tetro odore redolebūt, dīcit q̄ppe p̄oenitēs. Cōputruerunt & corrupte sunt cicatrices meę a facie insipiētia meę. Nō de nardo p̄positū est nūc spiritui scđ dicere, neq; de hoc qđ oculis intuemur euangeliista scribit vnguento, sed de nardo spirituali, de nardo q̄ dedit odorē suū. Fasciculus stactes, id est guttę, siue stillæ, fratreliis meus mihi, Guttā vnguenti Casiā Galbanī: in Exodo legim⁹ p̄ce p̄to dñi in thymiamā. i. ī lacerdotale chrisma cōfectū. Si ergo videris Saluatorē meū ad terrā aut humilia descēdētē, vīdebis quō virute magna, & maiestate diuina ad nos modīca qđam stilla defluxerit. De hac stilla, & propheta cecinit dīcēs. Et erit de stilla populi hūiū cōgregandus cōgregabit Iacob. Et sicuti secundū aliū sensum, Lapis erat p̄cisus e mōte sine manib⁹ nři in carne Saluatoris aduēt⁹: neq; em̄ torus mōs fuit q̄ descendit ad terras, nec poterat humana fragilitas totius montis magnitudinē capere: sed lapis ex monte, lapis offensionis & petra scandalī descendit ī mūdū: sic secundū alium intellectum stilla nuncupatur. Oportebat quippe vt q̄a oēs gentes ī stillā situlę reputatē sunt. Is q̄ p̄ omniū salute factus est oīa, etiā stilla fieret ad eas liberādas. Quid em̄ p̄ nrā salutē nō factus est! Nos inanes, & ille exinanivit semetipm formam serui accipies. Nos populus stultus, & non sapiens,

Origenis

& ille factus est stultitia p̄dicationis, ut fatuus
dei sapiētius fieret hoib⁹. Nos infirmi, infirmū
dei fortis hoib⁹ factū ē. Quia igit̄ vniuersē gē
tes ut stilla sicut, & ut momētu statere repu-
cate sunt, idcirco fact⁹ est stilla, ut p̄ eū a vesti
mētis nfis odor stillę procederet, iuxta illud,
Myrrha, & stilla, & casia a vestimentis tuis, a
domib⁹ Elephātinis, ex qb⁹ letificauerūt te si-
lię regum i honore tuo. Quę in. xlivii. Psalmo
Edicūt ad spōsam. Fascicul⁹ stillæ fratruelis
meus mihi. Cōsiderem⁹ qđ sibi fratruelis no-
mine velit. Ecclesia quę hoc loquit̄ de fratre
le, nos sumus ex gēribus cōgregati. Saluator
noster sororis cius est filius. i. Synagogę. duꝫ
quippe sorores sunt, ecclesia, & Synagogoga. Sal-
uator ergo (vt diximus) filius Synagogę so-
roris, vir ecclesię, spōsus ecclesię, fratruelis est
sponsa suę. Fasciculus stillæ fratruelis meus
mihi, in medio vberū meoꝫ cōmorabit̄. Quis
ita beatus ut habeat hospitē in principali cor-
de, in medio vberū, in pectore suo, sermonem
dei! Tale est quippe qđ canitur. In medio vbe-
rū meoꝫ cōmorabit̄. Si nō fuerint fractę mā-
mę tuę, i medio earū habitabit sermo diuin⁹.
Decebat i carmine nuptiali māmas poti⁹ ap-
pellari qđ pectus. Et p̄spicuū ē cur ad expositiō-
nē ei⁹ qđ dicit, In medio vberū meoꝫ cōmora-
bit̄, sit assūptū. Si nō fuerint fractę māmę tuę,
in medio vberū tuę cōmorabit̄ sermo diuin⁹.
Vñ dixi, Si nō fuerint fractę māmę tuę! De
Ezechiele. Eo q̄ppe loco vbi Hierusalē dñica
corripit̄ voce, iter cetera dicit̄ ad eā, In Aegy-
pto fractę sūt māmę tuę. Castarū vbera nō frā-
gūt, sed meterricū vbera laxis pellib⁹ irruat̄.
Pudicarū erecta sūt vbera, & vīrginali rebore
tumētia. Suscipit̄ sermonē sponsi, & dicūt. In
medio vberū meoꝫ cōmorabit̄. Borr⁹ Cypri
Ffratruelis me⁹ mihi. Initū est sermōnis i germe
ne, & initū Cypri. i. floritionis i verbo. Vnde
ait. Botrus Cypri. i. floritionis fratruelis me⁹
mihi. Nō oib⁹ est botrus Cypri, sed his q̄ ei⁹
flore digni sunt. Aliis vua varia ē: huic soli q̄
nigra est, & formosa, in floris decore se p̄bet.
Botrus Cypri fratruelis meus mihi. Nō sim
pliciter ait Botrus Cypri fratruelis me⁹, sed
cū additamēto mihi, ut doceret nō oibus eti
esse bottū Cypri. Videam⁹ aut̄ in qbus regio-
nibus bottus iste sit spōse. In vineis Engaddi,
qđ interpretat̄ oculus tētationis. In vineis igit̄
oculi tētationis bottus Cypri fratruelis me⁹
mihi. Tētationis oculus i p̄senti est. Sigdē in
tētatiōe moramur i hoc mūdo, & tētatio ē vi-
ta hūana sup terrā. Dū i hac luce versamur,
in vineis sumus Engaddi. Si aut̄ meruerimus
postea trāplātari, a nostro agricola trāssere

III Lantica canticorū

mur. Nec dubites quin possis de Engaddi vi-
neis ad loca meliora trāsserī. Agricola noster
ad trāsserēdā vineā crebra meditatione iā cal-
luit. Vineā em̄ ex Aegypto trāstulisti, eiecisti
gēres, & plātasti eā. Opuit mōtes vmbra cius
& arbusta eius cedros Libani. Et hēc qđ ex
posuim⁹, locura sit sponsa de spōso, significās
amorē suū, & sponsi veniētis hospitiū, quō in
medio vberū, & sui cordis arcano, sponsus ve-
niēs cōmoret̄. Rursus sponsu ad eā sermo dīri **G**
git, & dicit. Ecce speciosa p̄ima mea, ecce spe-
ciosa, oculi tui columbę. Illa sic dicit ad sponsu-
sum, Ecce speciosus fratruelis meus: nō adiun-
git, & proximus meus. Hic aut̄ qñ loquit̄ ad
eam, Ecce speciosa, adiungit & proxima mea.
Quare aut̄ illa nō dicit, Ecce speciosus p̄im⁹
mihi, sed tātū, ecce speciosus! Quare ille nō so-
lum speciosa es dicit, sed speciosa es proxima
mea! Sponsa si lōge fuerit a sponso, nō est spe-
ciosa, tūc pulchra fit, qñ dei verbo coniūgit̄.
Et merito nūc doceat̄ a sponso, ut p̄ima sit, &
a suo latere nō recedat̄. Ecce speciosa p̄ima
mea, ecce speciosa. Incipit qđ esse speciosa ex
eo q̄ p̄ima mihi es: postq̄ aut̄ eē cōperis spe-
ciosa, et sine additamēto p̄xię, absolute es spe-
ciosa. Ecce speciosa p̄ima mea, ecce speciosa.
Videamus & aliam laudē speciosę, ut & nos
zmulemur sponsę fieri. Oculi tui colubę. Qui
viderit mulierē ad concupiscendū eā, iā moe-
chatus est eā i corde suo, oculos nō habet co-
lubę. Si q̄s vero oculos colubę nō habet, domū
fratris sui ingrediē infelix, nō seruās illud qđ
in Prouerbīis est p̄ceptum, In domū fratris
tui ne intres infelix. Pro eo qđ septuaginta in-
felix iterptati sunt, Aquila Hebreā exprimēs
veritatē ἀγορὸν posuit. Qui aut̄ habet ocu-
los colubę videt recta, & misericordiā pme-
ret. Vides q̄ppe recta misericordiā cōseq̄t̄. Por-
Hro q̄s videt recta nisi q̄ casto cōspectu, & puris
intuet ocl̄is! Noli igit̄ mihi de his tātū carnis
oculis intelligere q̄ dicta sūt, licet & de his itel
lexisse nō inutile sit: sed igredies ad interiora
cordis tui, & alios oculos mēte p̄grens, q̄ & a
dei mādato illuminant̄, mādatū q̄ppe dei illū
mīnas oculos, illud enitere, labora, cōtēde, ut
sc̄tē intelligas vniuersa q̄ dicta sunt, & siłis sp̄i-
ritui ei q̄ in specie descēdit colubę, audias q̄
ocli tui colubę sūt. Si intelligis legē spiritualiter
oculi tui colubę sunt. Si intelligis euāgelīū ve-
se vult intelligi Euāgelīū, & prādicari, vides
Iesum oēm lāguorē, & infirmitatē nō solū eo
tempore quo carnaliter facta sunt fuisse medica-
tū, sed hodieq̄ medicatē, & non tātum tūc ad
hoies descēdisse, sed hodieq̄ descēdere, & esse
p̄ntē. Ecce, n. igr, vobiscū sū oib⁹ dieb⁹ vsḡ ad

Homilia. II.

cōsummationē seculi. Oculi tui colubae sunt. Ecce speciosa p̄ximā mea, ecce speciosa, oculi tui colubē. Has de sē spōsa audiēs laudes spōso vīcē in laudib⁹ tribuit, nō quo ei qđ nō habet suo p̄conio largiat, sed intelligēs decorē.

A atq̄ cōspiciēs ait. Ecce spōsus fratrue lis me⁹ eqđ pulcher, lectus noster vmbrosus. Quęro lectū in quo spōsus cū spōsa requiescat, & ni fallor corpus humānū est. Sigdē ille in euāge lio paralyticus q̄ iacebat in lecto, & abire in domū suam sublato grabato voce iussus est Saluatoris, anteq̄ sanaret sup debile mēbroꝝ suoꝝ corpus iacebat, qđ postea Dei virtutē solidari⁹ est. sic ego intelligo. Tolle grabatum tuū, & vade in domū tuā. Neq̄ em ad hoc filius dei de c̄elestib⁹ ad terrena descēderat, vt de lectulis imparet, & cōsurgēt ab egrotatione sua fine lectulo nō pateret ascēdere. Tolle iñquiēs grabatum tuū, & vade in domū tuam. Et tu igīt a Salvatore sanat⁹ tolle grabatum tuū, & vade in domū tuā, vt cum ad te velut spōsam venerit spōsus, & in eo tecū fuerit reclinatus, dicas. Ecce spōsus fratrue lis me⁹, eqđ pulcher, acclinatio nostra vmbrosa. Ecce speciosus fratrue lis me⁹, ipse & speciosus est, & vmbrosus. Per diē q̄p̄e sol nō vret te, neq̄

B luna p noctē. Trabes domoꝝ nostrarū cedri, multitudinīs verba sunt. Vidēt aut̄ mihi viri hēc dicere q̄ cū spōso sunt, de qbus supi⁹ sermo p̄fatus est. Domos cedrinas trabibus intextas, & Cypressis cōtignatas. Siquidē p stibe ascēdit cypressus, & pro coniza ascēdit myrus. Requites igitur cuius naturę ista sunt ligna, & cedru⁹ imputribile, & cypressum odoris optimi dephēdens, labora & tu ita contignare domū tuam, vt de te quoq̄ possit dici. Trabes domū nostrarū cedri, & cōtignationes nostre cypresſi. Post hēc spōsus loquitur. Ego flos cāpi, & liliū cōualliu⁹. Properet me q̄ in valle erā, descēdit in vallē, & in vallē veniens fit liliū: p ligno vīta⁹ qđ plātatu⁹ est in paradiſo dei, totius cāpi, id est toti⁹ mūdi, & vniuersit̄ terē flos factus est. Quid em sic pōt eē flos mūdi, vt vocabulū Christi! Vnguētum effusum nomē ei⁹. Aliter id ipsum dicit. Ego flos cāpi, & liliū cōualliu⁹, & hæc qđē de semetip̄o.

C Deinde spōsam laudās ait, Vt liliū in medio spinarū, sic p̄ximā mea in medio filiarum. Sicut liliū nō pōt spinis cōparari, inter quas semp exoritur, eodē modo p̄ximā mea super oēs filias liliū est in medio spinarū. Ista audiens spōsa vīcē reddit sponsō, & sentiens illius etiā suauitatē in vocē laudāris erumpit. Vnguētū quippe odor licet suauitet sp̄ret, & sensum odore demulecat, nō tamē eiusmodi

Fo. LXVI.

est, vt suave sit ad edēdū. Est aut̄ aliud quod optimi saporis sit, & odoris. i. vt fauces dulcore delectet, & sp̄ritū mulceat odoratu: tale est malū, & istius modi, & nature, vt vtraq̄ in se posideat. Idcirco volēs nō solū beneullenia sermonis, sed & dulcorē eius spōsa laudare, ait. Ut malū in lignis syluæ, ita fratrue lis meus in medio filiorū. Oīa ligna, oēs syluę arbores ad cōparationē sermonis dei syluę infēraces existimant, ad Christū saltus est oē qđ dixeris, & infructuosa sunt omnia. Quę enim possunt dici ad eū cōparata fructifera! Etiā ligna q̄ videbant̄ fructibus incurtiari, ad collationē aduētus eius infructuosa mōstrata sūt. Ideo vt malū in lignis syluę, ita fratrue lis meus in medio filiorū. In vmbra eius cōcupiū, & sedi. Qz pulchre nō ait in vmbra illius cōcupisco, sed in vmbra eius cōcupiū: & nō sedeo, sed sedi. Siquidē in principio non possumus cū eo propriū conferre sermonē, versū in principio (vt ita dīcā) quadā maiestatis illi⁹ vmbra perfruimur. vnde & in prophetis legit. Sp̄ritis faciei nostræ Christus dīs, cui diximus: In vmbra eius viuemus in gētib⁹. & ab vmbra ad vmbra aliā transmigramus. Sedentibus em in regione & vmbra mortis, lux or̄ta est eis. Et transeamus ab vmbra mortis, ad vmbra vītę. Semp istiusmodi sunt pfectus, vt in exordio desideret quispiā saltē in virtutē vmbra cōsistere. Ego puto īdeo & natuitatē Iesu ab vmbra cōpisse, & nō in vmbra, sed in veritate finitā. Sp̄us (inquit) sanct⁹ veniet in te, & virtus altissimī obumbrabile tibi. Natuitas Christi ab vmbra sumpsit exordiū: nō solū aut̄ in Maria ab vmbra eius natuitas cōpīt, sed & in te si dignat⁹ fuerit nascīt sermo dei. Fac igitur vt possis cape vmbra ei⁹, & cum vmbra fueris dignus effect⁹, veniat ad te (vt ita dīcā) corpus eius, ex quo vmbra nascitur. Nā in modico fidelis, & in maioribus erit fidelis. In vmbra eius concupiū & sedi. Vides quia nō semp in vmbra stetit, sed inde ad meliota trāsierit, dicēs. Et fructus eius dulcis in gutture meo. Ego (inquit) desiderauī in vmbra eius requiescere, sed postq̄ me sua protexit vmbra, etiā fructū illius saturatus sum, & fructus eius dulcis in gutture meo. Introducite me in domū vīni. Foris stetit sponsus, & ab sponsa susceptus est. In medio q̄p̄e vberū illius requieuit. Proximē iuuēcula non sunt istiusmodi vt sponsum hospitē habere mēt̄ antur. Multitudini foris in parabolis loquit. Qz vereor ne multe adolescentulę forte nos simus. Introducite me in domū vīni. Cur rādia foris maneo? Ecce sto ante ostiū & pulsō,

Drigenis In Lantica canticorum.

Si q̄s mihi aperuerit, ingrediar ad eum, & coe-
tiabo cum eo, & ipse in eum. Introducite me.
Et nunc eadē dicit sermo diuinus, ecce Christus loquit̄. Introducite me. Vobis quoq; ca-
techumini loquit̄. Introducite me. Introdu-
cite, nō simpliciter ī domū, sed in domū vīni, ī
pleaf vīno latitie, vīno spūs sancti aīa vestra,
& sic introducite in domū vestram spōsum,
verbū, sapiētiā, veritatē. Poteſt autē & ad eos
dici qui nondū perfecti sunt, Introducite me

Fin domū vīni. Ordinate ī me charitatē. Ele-
ganter loquut̄ est, ordinate. plurimorū q̄p
pe inordinata est charitas: qn̄ qd̄ ī p̄io loco
debent diligere, diligūt̄ in secūdo: qd̄ ī secū-
do, diligūt̄ in p̄imo: & qd̄ oportet amare q̄r
to, amāt̄ ī tertio: & rursus tertiu ī quarto, &
est ī plerisq; charitatis ordo puersus. Sācto-
rū vero charitas ordinata est. Volo ad intel-
ligēdū hoc qd̄ dictū est, Ordinate ī me cha-
ritatē, aliqua exēpla replicare. Te vult diuin⁹
sermo diligere patrē, filiū, filiā, vult te sermo
diuinus diligere Christū. nec dicit tibi, ne di-
ligas liberos, ne parētib⁹ charitatem iungarīs.
Sed qd̄ dicit tibi: ne inordinata habeas chari-
tatē, ne p̄imū patrē, aut matrem, deinde me
diligas, ne filiū, & filiē plusq; mei charitate te-
nearis. Qui amat patrē, aut matrē super me,
non est me dignus. Qui amat filiū, aut filiam
super me, nō est me dignus. Recole cōscientiā
tuā de patris, matris, fratrīsve affectu, & cōfi-
dera qualē circa sermonē Dei, & Iesu habeas
charitatē, statim dep̄hēdes magis te filiū aut
filiā diligere, q̄ verbū, magis te parētes amare
q̄ Christū. Quisputas ita p̄ficit ex nobis, vt p̄

Gcipuā, & p̄imā inter omnia sermonis dei ha-
beat charitatē? qui in secūdo loco liberos po-
nat! Luxta hunc modū ama vxorē tuam. Nul-
lus quippe aliquā suā carnem odio habuit, sed
amat vt carnem. Et erunt (inquit) duo in car-
ne vna, & non ī vno spiritu. Ama & deū, sed
ama illū nō vt carnem, & sanguinē, sed vt spi-
ritum. Qui enim adh̄qret deo, vnu spiritus
est. Iḡt̄ ordinata est charitas ī perfectis. Ut
autem post deū etiam inter nos ordo ponat,
primum mandatum est, vt diligamus paren-
tes, secundū vt filios, tertium vt domesticos
nostros. Si autem filius malus est, & domesti-
cus bonus, domesticus ī charitate filii collo-
cetur. Et ita flet vt sanctorū ordinata sit cha-
ritas. Magister quoq; & dñs noster ī euange-
lio præcepta de charitate cōstituēs ad vnius
cuiusq; dilectionem propriū aliquid appo-
suit, & dedit intelligentiam ordinis his qui
possunt audire scripturam dicētem. Ordina-
te ī me charitatē. Diliges dominum Deū

tuum ex toto corde tuo, & ex tota mēte tua,
& ex tota anima tua, & ex tota virtute tua.
Et diligēs proximum tuū sicut te ipsum. non
proximum ex toto corde, ex tota anima, & ex
tota virtute, & ex tota mēte. Rursus inquit,
Diligite inimicos vestros, & nō apposuit, ex
toto corde. Nō ē inordinat⁹ sermo diuinus,
nec impossibilia p̄cipit, nec dicit, diligite inimicos
vestros vt vosmetipso, sed tām, diligite
inimicos vestros. sufficit q̄ eos diligimus, &
odio nō habem⁹. Proximū vero vt te ipsum.
Porro deū ex toto corde, & ex tota aīa, & ex
tota mēte, & ex tota virtute. Si hēc intellexe-
ris, & itellecta cōpleueris, fecisti qd̄ sponsi ser-
mone p̄cipit. Introducite me ī domum vīni,
ordinate ī me charitatē. Quisputas e nobis
charitatis ē ordinate? Cōfirmate me ī vngue-
tis. vn⁹ de īterptib⁹ posuit cīvā, dīvō. Hēc aut̄ H
spōsa loquit̄. Stipate me ī malis. In qb⁹ malis!
Vt malū ī lignis syluā, ita fratrellis meus ī
medio filiorū. Idcirco ī malis ei⁹ stipate me,
ga vulnerat̄ charitatis ego. Qz pulchrū est,
q̄ decoꝝ a charitate vulnus accipe. Ali⁹ iacū
lū carnei amoris excepit, ali⁹ terreno cupidit̄
ne vulnerat⁹ est, tu nuda mēbra tua, & p̄be te
iaculo electo, iaculo formoso. siquidē deus sa-
gittarius est. Audi scripturam de hoc eodem
iaculo loquētem, īmmo vt amplius admires-
ris, audi ipsum iaculū quid loquaſ. Posuit me
in sagittā electā, & in pharetra sua seruauit
me, & dixit mihi, Magnum est tibi hoc voca-
tī puerum meum. Intellige sagittam quid dī-
cat, & quō a deo sit electa. Qz beatum est hoc
iaculo vulnerari. Hac sagitta vulnerati fue-
runt illi qui īter se īnuicē cōferebāt: Nonne
cor nostrū ardēs erat ī via cū aperiret nobis
scripturas? Si q̄s sermone nō, si q̄s scripturæ
diuinæ magisterio vulnerat̄, & p̄t dicere ga-
vulnerat̄ charitatis ego, hūc & illud forsitan
sequit̄ qd̄ forsitan dico: manifestā promo-
tētiā! Sinistra ei⁹ sub capite meo, & dextera il-
lius amplexabit̄ me. Habet & ī sinistra, & ī
dextera sermo dei sapiētiā, q̄ cū p̄ intellectus
varietate sit multiplex, ī subiacētiā vna ē. Ip̄e
Salomon de lēua, & dextera sapiētiā docuit,
dicēs. Lōgitudo eīm, & anni vitē ī dextera ei⁹:
ī sinistra aut̄ ipsi⁹ diuitiē, & gloria. Iḡt̄ lēua
eius sub capite meo, vt me faciat regescere, &
brachiū sponsi fiat ceruical meū, & reclinet̄
aīe principale sup sermonē dei. Lēua eius sub
capite meo. Nō expedit tibi habere ceruicalia
q̄ lamētatio sequat̄. In Ezethiele scriptū ē.
Vē iīs q̄ consuunt ceruicalia sub omni cubi-
tu man⁹. Noli cōsuere ceruicalia, noli capiti
aliūde requiē querere, habe sponsi lēuam sub

capite tuo, & dic, Læua eius sub capite meo: quā cū habueris, oīa ribi quæ sunt ī lēua trībuunt. Dicis quippe. In sinistra eius diuitiae, & gloria, & dextera ei⁹ amplexabit me. Totū te spōsi dextera cōpleteat. Longitudo quippe & anni vītē in dextera ei⁹: & ob id longā vītē, & multorū dierū eris sup terrā bonā, quā dñs de⁹ tu⁹ dat tibi. Adiurauī vos filiē Hieru salē ī virtutib⁹, & ī vīrib⁹ agri. Quid adiurat spōsa filias Hierusalē! Si leuaueritis, & suscita ueritatis charitatem. Qzdiu charitas dormit in vobis o filiæ Hierusalem, o adolescentulæ, quæ ī me non dormit, quia vulnerata sum charitate. In vobis autem quæ plures estis, & adolescentulæ, & filiæ Hierusalem, dormit charitas sponsi. Adiurauī ergo vos filiæ Hierusalem, si leuaueritis, & non solū leuaueritis, sed & suscita ueritis, quæ ī vobis est charitatem. Creator vniuersitatis cum vos conderet, inseruit in cordibus vestris semina charitatis. Nūc autē sicut alibi dicit, Iustitia dormiuit ī ea, sic dilectio dormitat in vobis. iuxta qđ & alibi dicitur, Spōsus requieuit vt leo, & vt catus leonis. Adhuc in infidelib⁹, & in his qui corde sunt dubio dormitat sermo diuinus, vigilat ī sanctis, dormitat in his qui tēpestatis fluctuant, suscitur vero eorum vocibus qui cupiunt vigilante sposo salutē. Statim fit eo vigilante tranquillitas, statim yndarum moles conquiescunt, spiritibus cōteratis concrepatur, fluctuum rabies filet: illo dormiente tempestas, mors, & desperatio est. Adiuro ergo vos filiæ Hierusalem ī virtutib⁹, & ī vīrib⁹ agri. Cuius agri? Nempe illius agri pleni, quem benedixit dominus. Si leuaueritis, & suscita ueritis charitatem, quoad

B usq; velit vox fratuelis mei. Ecce hic venit saliens super montes. Hæc adhuc loquitur ecclæsia, exhortans adolescentulas, vt ad sponsi præparentur aduentum. Sí tamen venire voluerit, & suum illis præbere colloquium. Adhuc igitur loquente ea, venit sponsus, quem dígito monstrat, & dicit. Ecce hic venit saliens super montes. Intellige sponsæ animam beatam, atq; perfectam, quæ citius videat, citius sermonis cōtempletur aduentum, quæ sibi sapientiam venisse sentiat, & charitatem, & dicat nō vidētibus. Ecce hīc venit. Orate vt & ego possim dicere. Ecce hīc venit. Sí enim potuero dei differere sermonē, quodāmodo & ego dicā. Ecce hīc venit. Quo! Non utq; vbi valis, non vbi humilia loca. Quo venit! Saliens super montes, transiliens super colles. Si fueris mons, salit ī te sermo dei. Si nō value ris esse mons, sed fueris collis, secundus a mó

te, transiliet super te. Qz vero pulchra, & convenientia rebus vocabula. Salit super mōtes, ga maiores sūt: trāsilit sup colles, ga minores sūt. Nō trāsilit sup mōtes, nō salit sup colles. Ecce hic venit saliens sup mōtes, transiliens sup colles. Similis est fratuelis meus capreæ, aut C hinnulo ceruoruī ī mōtib⁹ Bethel. Hæc duo aialia ī scripturis frequentius nominant: & quo amplius admireris, sāpius iuncta ponuntur. Et hæc sunt ait quæ māducabis, post pau lulum īferens capream, & ceruum. In praesenti quoq; libro pariter nominātur ceruus, & caprea. Quodammodo enim cognata sibi sunt, & vicina ista animalia. Caprea, id est dorcas, acutissime videt. Ceruus interfector serpentum est. Quisputas est dignus e nobis, qui īuxta dignitatem loci, atq; mysterii, plenam possit explicare rationem! Oremus domi nū, vt nobis largiatur sensum ad aperiendas scripturas, & poſsim⁹ dicere, Quomodo ape ruit nobis Iesus scripturas. Quid igitur! dicimus quia dorcas hoc est caprea secundum eorum physiologiam qui de naturis omnium animalium disputant, ex insita sibi vi nomen accepérunt. Ab eo enim q; acutius videat, id est ἄρνης ἡ ἀρνίς δέξεις dorcas appellata est. Ceruus vero serpentum inimicus, ac debelator est, ita vt spiritu narium eos extraheat de cauernis, & superata pernicie veneni eorum pabulo delectetur. Forstian saluator meus caprea fit iuxta θεωπίων, ceruus iuxta opera. Quænam ista sunt opera! Interficit ipse serpentes, contrarias fortitudines iugulat, ideo dicam ei. Tu contriuisti capita draconum super aquas, tu contriuisti caput draconis. Similis est fratuelis meus capreæ, vel hinnulo ceruorum super montes domus dei. Bethel quippe interpretatur domus dei. Nō omnes montes domus dei sunt, sed qui montes ecclesiæ sunt. Inueniuntur quippe & alii montes erecti, & consurgentēs aduersus scientiam dei, montes Aegyptiorum & Allophylorum. Vis scire quia similis est fratuelis meus capreæ, aut hinnulo ceruorum super montes Bethel! Esto mons ecclesiasticus, mōs domus dei, & veniet ad te sponsus similis capreæ, vel hinnulo ceruorum super montes Bethel. Cernit sponsus appropiāquasse vicinius, qui ante super montes versabatur & colles, assimilat eum transiliēt, atq; salientem. Et post hēc ad se, & ad alias adolescentulas aduenisse cognoscens, dicit. Ecce hic retro post parietem nostrum. Si ēdificaueris parietem, & feceris ædificationem dei, veniet post parietem tuū, prospiciens per fenestras.

Li v

Digenis

In Lantica canticorum.

Vna fenestra vnu est sensus, per hunc prospicit sponsus. alia fenestra, aliis est sensus, & per hunc sponsus sollicitate contuetur. per quos sensus non prospicit sermo dei! Quid sit autem prospicere per fenestras, & quomodo per eas sponsus aspiciat, sequens docebit exemplum. Vbi non prospicit sponsus, ibi mors inuenitur ascendens, vt legimus in Hieremia. Ecce mors ascēdit per fenestras nostras. Quādo videris mulierem ad concupiscendū eam, iam mors ascendit per fenestras tuas. Eminēs per retia. Intellige quia in medio laqueorum ambulas, & subtus machinas transeas immittentes, omnia retibus plena sunt, diabolus laqueo cuncta compleuit. Si autem venerit tibi sermo dei, & cōperit eminere de retibus, dices. Aīa nostra erupta est de laqueo venantiū. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Benedicti vos a domino qui fecit cælū & terram. Eminet igitur sponsus per retia tibi viā faciens. Iesus descendit ad terras, subiecit se retribus mundi.videns magnum hominum gregem retibus impeditum, nec eum ab alio nisi a se posse conscindī, venit ad retia assumens corpus humanum, quod inimicarum fortitudini laqueis tenebatur, ea tibi dirupit, & loqueris. Ecce hic retro post parietem nostrum prospiciens per fenestras, eminens per retia.

ECum eminuerit dicit tibi. Respondet fratre lis meus, & dicit. Surge, veni proxima mea, viā tibi feci, considi retia, sic veni ad me proxima mea. Surge, veni proxima mea, speciosa mea, colubā mea. Cur ait surge! cur properas! Ego pro te sustinui rabiem tempestatum, ego fluctus qui tibi debabantur excepti. Tristis est facta anima mea propter te vsq; ad mortem. Surrexi a mortuis fractis mortis ianuis, & inferni vīculis dissolutis. Ideo dico tibi. Surge, veni proxima mea, speciosa mea, colubā mea, quia hyems transiuit, pluvia abiit, flores visi sunt in terra. Ego a mortuis surgēs tempesta te compressa tranquillitatem reddidi. Et quia secundū dispensationem carnis ex virginē, & voluntate patris creui, & sapientia, & aetate profeci. Flores visi sunt in terra, tempus sectionis adest. Sectio remissio peccatorū est. Omnem enim ramū (ait) in me manerem, & afferentē fructū pater meus mūdat, vt fructus maiores afferat. Habeto fructus, & priora quae in te in fructuosa sunt auferent. Tēpus quippe sectio nis adest, vox turtris audita est in terra nostra. Non sine causa in sacrificio assumit pars turtrū, aut duo pulli columbarū. Nā idē valent, & nunq̄ dictum est separatim pars tantū modo columbarū, sed pars turtrum, & duos

pullos columbarū. Columba spiritus sanctus est. Spiritus autem sanctus quādo de magnis, & occultioribus sacramentis, & quae multi capere non possunt loquitur, in turtris appellatio ne signat, id est in eius avis quae semp in modū iugis, & in arborū verticibus commorat. In vallibus autem & his quae ad homines usq; pueniunt, columba assumitur. Deniq; saluator quia hominē est dignatus assumere, & venit ad terras, multiq; tūc circa lordanē peccatores erāt, idcirco spiritus sanctus nō in turturem vertitur, sed columba fit, inter nos propter hominū multitudinem avis māsuetior conuersatur. Turtur autem videat (verbī gratia) Moysi & vnicūlibet prophetarū recedentiū in montes, & deserta, & ibi accipientium sermones dei. Vox ergo turtris audita est in terra nostra. Ficus produxit grossos suos. A Gificu dignoscite parabolam: cum ramus eius tener factus fuerit, & folia miserit, scitote quae iuxta est aestas. Vult nobis dei eloquium nunciare, post hymnum, post procellas animarū apopinquasse messem, & ait, Ficus produxit grossos suos, vites florescunt, dederunt odorē. si iā rumpuntur in florem, tempus adueniet, & erūt vuae. Surge, veni proxima mea, speciosa mea, columba mea. Hec quae superius expusimus sponsus non audientibus adolescētulis, sed sola sponsa audiente loquit. Volumus ait & ipsius iam audire sermonem loquentis ad sponsam. Surge, veni proxima mea, columba mea, & veni columba mea sub tegmine petrē. Et Moyses sub tegmine petrā ponitur, vt videat posteriora dei. In tegmine antemuralis. Primum veni ad id quod ante murū est, & post ea poteris introire ubi murus est petrā. Ostē de mihi faciem tuam. Usq; ad præsentem diē similia dicunt ad sponsam: necdum enim habebat fiduciam, vt reuelata facie gloriam dominī contemplaretur. Quia vero iam ornata est, atq; composta, dicitur ei. Ostende mihi faciem tuam. Nondum erat enim vox eius ita suavis, vt mereret ei dici. Audire me fac vocem tuam. Quando ergo didicit loqui, Tace enim ait, & audi Israel, & scito qd loquar: & suavis facta est vox eius spōso, secūdum illud propheticum, Suavis fiat ei postulatio mea: tunc ad eam sponsus effatur. Et audire me fac vocem tuam, quia vox tua suavis est. Si aperueris os tuum verbo dei, dicet tibi sponsus, vox tua suavis est, & aspectus tuus speciosus. Quapropter cōsurgentēs deprecemur dominum, vt digni efficiamur sponsi sermone, sapientia, Christo Iesu, cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen,

Prologus.

COMMENTARIUM IN Cantica cantico-
rum in Quatuor Homilias distincti, qd licet
in quodā exēplari noīe beatī Hieronymi rep-
pererim p̄enotatū, vt probare videt ei⁹ asser-
cio in libro vīroꝝ illustriū, vbi se quatuor ho-
milias in Cantica canticorum scripsisse cōme-
morat, tamē quia in omnibus vetustis, & pro-
batis voluminib⁹ hoc ipsum cōmentarium
Origeni ascriptū repperi, ideo inter eius ope-
ra referre volui, q̄uis cum duabus p̄escriptis
Homiliis paruā cōueniētiā habere videatur.
Si tamen pensiculate ipsam materiam qua in
eis traditur attēderis, soli Origeni attribues.
Sagax igitur lector inquirat.

PROLOGVS.



PITHALAMIVM libellus, id est nuptia le carmē in modum mihi videtur drama tis a Solomone conscriptus, quē cecinēt instar nubentis sponsa, & erga sponsum suum qui est sermo dei, caelesti amore fla grantis. Adamauit em̄ eum siue anima que ad imaginem ei⁹ facta est, siue ecclesia. Sed & magnificus hic ipse, atq̄ perfectus sponsus, quib⁹ verbis vſus sit ad coniunctā sibi animā, vel eclesiam, hæc ipsa scriptura nos docet. Sodales quoꝝ sponsae adolescentulæ cū ipsa spōsa posse quæ dixerunt, queꝝ etiā amici, ac sodales sponsi, ex eodem nihilominus libro, qui Can- tica canticorū intitulat, cognoscimus. Possibili- litas em̄ data est etiā ipsis amicis spōsi aliqua dicere, ea dūtaxat q̄ audierant ab ipso sponso lētantes de coniunctione sponsa. Fit ergo sermo ab ipsa sponsa, non solum ad sponsum, sed etiā ad adolescentulas: & rursum sponsi sermo nō tantummodo ad sponsam, sed etiam ad amicos dirigitur sponsi. Et hoc est quod supra di-

B ximus carmen nuptiale in modum dramatis esse conscriptum. Drama em̄ dicitur multarū personarum cantilena, vt in scēnis agi fabula solet, vbi diuersæ personæ introducuntur, & altis accendentibus, aliis etiam discedentibus, a diuersis, & ad diuersos textus narrationis ex- pletur. Que singula suo ordine scriptura hēc continet, totumq; corpus eius mysticis forma- tur eloquiis. Sed primo scire nos oportet, quo niam sicut puerilis ætas nō mouetur ad amo- gem possibilium, ita nec ad capiendū quidem

Fo. LXVIII.

verba hēc, paruula & infantilis interioris ho- minis ætas admittitur, illorum scilicet qui la- cte in Christo alunt, nō cibo fortis, & qui nūc primum rationabile, & sine dolo lac concipi scunt. In verbis em̄ Cantici canticorum ille ci- bus est, de quo dicit Apostolus, Perfectorū au- tem est solidus cibus: & tales requirit auditores, qui p̄ possibilitate sumēdi exercitatos ha- beant sensus ad discretionē boni, & mali. Et q̄dem paruuli quos diximus, si veniant ad hæc loca, potest fieri vt nihil quidē ex hac scriptu ra proficiant, nec tñ valde lēdantur, vel ipsa quæ scripta sunt legentes, vel quæ ad explana- tionem eorum dicenda sunt recēsentes. Si ve- ro aliquis accesserit, qui secundum carnē tan- tummodo vir est, huic tali non parum ex hac scriptura discriminis, periculiḡi nasceret. Au- dire em̄ pure & castis auribus amoris noīa ne sciens, ab interiori homine ad exteriorē & carnalem virum omnem deflectet auditum, & a spiritu conuertetur ad carnem, nutritęq; in se metipso concupiscentias carnales, & occasio- ne diuinę scripturę cōmoueri & incitari vide- bitur ad libidinē carnis. Ob hoc ergo moneo C & consiliū do omni, qui nondū carnis & san- guinis molestiis caret, neḡ ab affectu naturæ materialis abscedit, vt a lectione libelli huius eorūq; quæ in eo dicen̄ penitus tēperet. Aiūr em̄ obseruari etiā apud Hebræos, q̄ nisi quis aderatē perfectā, maturāq; peruererit, libellū hunc ne quidem in manibus tenere p̄mitta- tur. Sed & illud ab eis accepimus custodiri, quādoquidem moris est apud eos omnes scri- pturas a doctoribus, & a sapiēribus tradi pue- ris, simul & eas quas δευτέρως appellant, ad ultimum quatuor ista obseruari, id est princi- piū Genesis, in quo mundi creatura describi- tur, & Ezechielis prophetę principia, in qbus de Cherubim refertur, & finem in quo templū ædificatio continet, & hunc Cantici canticorū librum. Iḡitur necessariū mihi videt ana- teq; ad ea q̄ in hoc libello scripta sunt discutie- da veniamus, de amore prius ipso qui est scri- pturæ huius causa p̄cipua, pauca differere, & post hēc de ordine librorū Solomonis, in q̄ bus hic liber tertio loco positus videtur. tum etiam de articulatione libelli ipsius, cur Can- ticum canticorū superscriptus sit: atq; etiam quomodo dramatis in modum, & tanq; fabu- la, quæ in scēnis personarum immutatione agi solet, videatur esse compositus. Apud græcos D quidem plurimi eruditorum virorū volentes suestigare veritatis indaginē, de amoris natu- ra multa ac diuersa etiā dialogorū stylo scri- pta p̄tulerunt, conātes ostendere nō aliud es-

Origenis

se amoris vim, nisi que anima de terris ad fastigia celum celsa perducat, nec ad summam posse beatitudinem perueniri, nisi amoris desiderio prouocare. Sed & quæstiones de hoc quasi in conniuicis propositæ referunt, inter eos puto inter quos non ciborum, sed verboꝝ cõuiuiū gerrebatur. Alii vero etiā artes quasdam quibus amor hic in aīa gigni, vel augeri posse videat conscriptas reliquerunt. Sed has artes carnales homines ad vitiosa desideria, & culpabilis amoris ministeria traxerunt. Non ergo mirū sit si & apud nos vbi quanto plures simpliciores tanto plures & imperitiores videtur, difficile diximus, & periculo proximam de amoris natura disputatione: cū apud græcos qui eruditæ, & sapientes videntur, fuerint tamē aliqui qui de his non ita acceperint ut scriptū est, sed occasione eoꝝ que de amore dicta sunt ī lapsus carnis, & ī impudicitie præcipitia corruerunt, siue ex his que scripta erant (vt supra memorauiimus) admonitiones quasdā, & incitamenta sumentes, siue incōtinētię suę velamen scriptis veteris præferentes. Ne ergo & nos tale aliquid incurramus, ea que a veteribus bene & sp̄iritualiter scripta sunt, virtiose & carnaliæ aduerrētes, tam corporis q̄ animæ nostræ palmas protendamus ad deū, vt dñs q̄ dedit verbū euāgelizantibus virtute multa, donet & nobis ī virtute sua verbū quo possimus ex his que scripta sunt intellectū fangi, & ad ædificationem pudicitiae apti, vel nominis ipsi, vel naturæ amoris ostendere. In principio verboꝝ Moysi, vbi de mūdi conditione conscribitur, duos inuenimus homines creatos referri. Primi ad imaginem & similitudinem dei factum, secundū e limo terræ factū. Hoc Paulus apostolus bene sc̄iēs, & ad liquidū ī his eruditus, ī suis literis apertius, & euādētius binos esse & per singulos quosq; hoīes scripsit. Sicut enim dixit. Nam si is qui foris est homo noster corruptitur, sed ille qui intus est renouatur de die ī diem. Et iterum. Cōdelector enim legi dei secundū interiorem hominem. & his similia quāta conscribit! Vnde puto neminē iam debere dubitare, q̄ Moyses de duob; hominū factura, vel figura scripsit in principio Genesis, cum videat Paulum qui melius vtiꝝ q̄ nos intelligebat ea quæ a Moysè scripta sunt duos hoīes esse per singulos quosq; dicētem. Quorsū vnsi, id est interiorē, renouari per singulos dies memorat: alterū vero, id est exteriorem, ī quibusdā sanctis, & talibus qualis erat Paulus, corrupti perhibet, & infirmari. Qz si alicui videbitur de hoc adhuc aliquid dubitandū, ī locis p̄priis melius explanabit.

In Lantica canticorū

Nunc aut̄ propter quid memoriā fecerimus p̄ interioris & exterioris hoīis p̄sequamur. Ostēdere em̄ ex his volumus, q̄ scripturis diuinis per homonymas, id est p̄ similes appellations, immo p̄ eadē vocabula, & exterioris hominis mēbra, & illius interioris hominis partes, affectusq; nominantur, eaꝝ non solum vocabulis, sed & rebus ipsis sibi inuicem compāratur. Verbi gratia, vetatur aliquis esse puer secundū interiorem hominem, quem possibile est crescere, & ad ætatem iuuenis adducat atq; inde succedētibus incremētis peruenire ad virum perfectū, & effici patrem. His autē nominibus vti voluimus, vt consona diuinæ scripture, illi sc̄ilicet quæ ab Ioāne scripta est, vocabula ponerem⁹. Ait em̄ ille. Scripti vobis pueri, quoniā cognouisti patrem: scripti vobis patres, quoniā cognouisti eum qui ab initio est. Scripti vobis iuuenes, quoniā fortes es̄tis, & per verbum dei qđ manet ī cælo vicistis malignū. Euādēs vtiꝝ est, nec ab ullo arbitrō omnino dubitari, q̄ pueros hic Ioannes vel adolescentes, vel iuuenes, vel etiā patres secundū animæ, non secundū corporis appelleat ætatem. Sed & Paulus dicit in quodā loco. Non potui vobis loqui quasi sp̄iritalib⁹, sed quasi carnalibus, tāq; paruulis in Christo lac vobis potū dedi non escā. In Christo aut̄ puuli pcul dubio secundū animæ, non secundū carnis nominatur ætatem. Deniq; idem Paulus etiā ī alio loco ait. Cum essem paruulus, loquebar sicut paruulus, sicut paruulus sapiebam, sicut paruulus cogitabam. Cū aut̄ factus sum vir, destruxi que erat paruuli. Et iterū alibi dicit. Donec occurramus oēs ī virū pfectū, ī mēsuārā ætatis plenitudinis Christi. Scit em̄ occursuros esse oēs q̄ creditū, ī virū pfectū, & ī mēsuārā ætatis plenitudinis Christi. Igī sicut hæc quæ memorauim⁹ erat noīa, eisdē vocabulis & exteriori homini ascribunt, & interiori ita inuenies etiā mēbrorū noīa corporalium trans̄ferti ad animæ membra, seu potius efficientiæ hæc animæ affectusq; dicendi sunt. Dicit ergo in Ecclesiaste. Sapientis oculi ī capite eius. Item in Euāgeliō. Qui habet aures audiēdit audiat. In Prophetis quoq; Sermo dñi q̄ factus est in manu Prophetæ Hieremie, sive alterius cuiuslibet. Sile est etiā illud qđ ait sile. Pes autē tuus non offendit. Et iterū. Mei as̄t paulo minus moti sunt pedes. Evidēter quoꝝ & venter animæ designatur vbi dicitur. Domine a timore tuo in vtero concepimus. Nā īnde q̄s dubitet cū dicit, Sepulcrū patens est guttur eorum! Et iterū. Præcipita dñe, & diuide linguis eoru. Sed & id qđ scriptū est,

Prologus.

Dentes peccatorū contriuisti. Et iterum. Contere brachīū peccatoris & maligni. Et qd opus est me de his plura colligere, cū abundantissimis testimoniis scripturę diuinę repletę sint. Ex qd euidēter ostēdit mēbrorū hēc noia ne quaq̄ corpori visibili aptari posse, sed ad inui sibilis aīē partē virtutesq; debere reuocari: qm & vocabula quidē habent similia, aperte autē & sine vlla ambiguitate nō exterioris, sed interioris hois significantias gerunt. Est ergo materialis huius hominis, qui & exterior appellatur, cibis potusq; naturae suæ cognatus, corporeus iste scilicet, & terrenus. Similiter autem & spiritualis hominis ipsius qui & interior dicitur, est proprius cib⁹, vt panis ille vi uns qui de celo descendit. Sed & potus ille est ex illa aqua, quā promittit Iesus, dicens. Qui cung⁹ biberit ex hac aqua quā ego do ei, non fieri in ēternū. Sic ergo per omnia similudo quidem vocabulorū secundū verung⁹ hominem ponitur: rerum vero proprietas vni cuiq⁹ discreta seruatur, & corruptibili corrūptibilia præbentur, incorruptibili vero incorruptibilia proponuntur. Vnde accedit, vt simpliciores quidam nescientes distinguere ac se cernere quæ sunt quæ in scripturis diuinis interiori homini, quæ vero exteriori deputāda sunt, vocabulorū similitudinibus falsi ad inespertas quasdam fabulas, & figmenta inania se contulerint, vt etiam post resurrectionē cibis corporalibus vtendum crederēt, potumq; sumendum non solum ex illa vīte vera, & viue te in secula, verum & ex his vitibus ligni. Sed

B de his alias videbimus. Nunc ergo (vt p̄ce dēti obseruatione distinximus) est quidem secundū interiorem hominē alius sine filiis & sterilis, alius vero abundans in filiis. Secundū qd & illud aduertimus dictum. Sterilis peperit sēp̄rem, & s̄ecunda in filiis infirmata est. Et vt in benedictionibus dicitur, Non erit in vobis sine filiis, & sterilis. Igītur si hēc ita se habēt, sicut dicit aliquis carnalis amor, quē & Cupidine appellauerit poerē, secundū quē qui amat i carne seminat: ita est & qdā spiritualis amor, secundū quē ille interior homo amans in spū seminat. Et vt euidētius dicā, si qs est qui portat adhuc imaginē terreni, secundū exterio rē hominē, agit cupidine & amore terreno. Qui vero portat imaginē cœlestis, secundū interiorē hominem, agit cupidine & amore cœlesti. Amore autē & cupidine cœlesti agit aīa, cū p̄specta pulchritudine, & decore verbī dei sp̄ciē eius adamauerit, & ex ipso telū quoddā, & vuln⁹ amoris acceperit. Est. n. verbū hoc ima go, & splēdor dei inuisibilis primogenitus oīs

FOLIX.

creature, in quo creata sunt oīa q̄ i celis sunt, & q̄ in terris, siue visibilia, siue inuisibilia. Igī si qs potuerit capaci mēte cōiicere, & cōsidēre horū oīm q̄ in ipso creata sunt, decus, & sp̄ciē, ipsa rerū venustate percussus, & splēdoris magnificētia, ceu iaculo (vt ait ppheta): lecto cerebratus, salutare ab ipso vulnus accipiet, & beato igne amoris eius ardebit. Oportet C etiā nos illud scire, q̄ illicit⁹ amor, & cōtra legē fīcut accidere potest homini exteriori, verbi gratia vt nō sponsam vel coniugem amet, sed aut meretricē, aut adulterā: ita & interiori homini, hoc est anima, accidere potest amor, non in legitimū sponsum quem diximus esse verbum dei, sed in adulterum aliquem & corruptorem. Quod sub hac eadē figura euidēter declarat Ezechiel ppheta, vbi Oollam & Oolibā introducit sub specie Samarię, & Hierusalē, adulterino amore corruptas, sicut loc⁹ ipse scripture propheticā ostēdit volentibus plenius scire. Exاردescit aut̄ etiā hic spiritualis amor aīa, aliquando quidē vt edocuimus erga aliquos sp̄ritus nequitiā, aliquando erga sp̄ritum sanctum, & verbum dei, qui est sponsus fidelis, & eruditę animę vir dicitur, & cū sū ipsa sponsa in hac p̄cipue scripture que habetur in manibus nominatur, sicut prestante domino plenius ostēdemus, cū verba ipsius libelli explanare coepérimus. Videntur autem mihi q̄ diuina scripture volens cauere ne lapsus aliq̄s legēribus sub amoris nomine nasceretur, pro infirmiorib⁹ quibusq; eū qui apud sapientes seculi Cupido, seu amor, dicitur, honestiori vocabulo charitatem, vel dilectionē nominasse. Verbi gratia, vt cū dixit de Isaac. Et accepit Rebeccam, & facta est ei vxor, & dilexit eā. Et iterum de Iacob & Rachel, similiiter dicit scripture. Rachel autē erat decora oculis, & pulchra facie, & dilexit Iacob Rachel, & dixit seruam tibi septē annis pro Rachel filia tua iuniore. Evidētius autē immutatus usus vocabuli hui⁹ appetit in Amnō, qui adamauit sororē suā Thamar. Scriptū est em. Et factū est post hēc, & erat Absalon filio Dauid soror decora facie valde, & nomen ei Thamar, & dilexit eā Amnō filius Dauid. dīlexit posuit pro adamauit. Et tribulabat (inquit) Amnō ita vt infirmaret ppter Thamar sororē suam: qm̄ virgo erat, & graue videbāt in oculis Amnō facere ei aliquid. Et post pauca de violētia quā intulit Amnō Thamar sorori suā, ita dicit scripture. Et noluit Amnō audire vocē eius, sed inualuit sup eā, & humiliavit eā, & dormiuit cū ea, & odīuit eā odio Amnō magno valde: qm̄ maius erat odīus

Dīgenis

Dquo oderat eam, q̄ dīlectio qua dīlexerat eam.
Et in his ergo, & in pluribus aliis locis inuenies scripturā diuinā refugisse amoris vocabulū, & charitatis dīlectionis posuisse. Inter dū (licet raro) proprio tñ vocabulo amorē nominat, & inuitat ad eū, atq̄ incitat animas, vt cū dicit in Prouerbīis de sapiētia . Adama eā & seruabit te, circūda eā & exaltabit te, honora eā, & cōplete te. Sed & in eo libello qui dicitur sapiētia Solomonis , ita scriptū est de ipa sapiētia. Amator factus sum decoris eius. Arbitror autē q̄ vbi nulla lapsus videbat occiso, ibi tantū nomē amoris inseruit. Quid em̄ passibile, aut qd indecorū possit alīq̄ aduerte te in amore sapiētiaz, vel in eo qui se amatorē profiteatur esse sapiētię! Nam si dixisset quia adamauit vel Isaac Rebeccam, vel Iacob Rachel, passio vtq̄ aliqua indecora per hēc verba erga sanctos dei homīnes potuisset intelligi, apud eos p̄cipue q̄ nesciūt a litera cōscendere ad sp̄ritū. Apertissime autē in hoc ipso libello q̄ habetur in manib⁹, amoris nomen charitatis vocabulo permutatū est, in eo vbi dixit. Adiuraui vos filię Hierusalē si inuenietis fratreū meū, vt annūcietis ei, q̄a vulnere charitatis ego sum, p eo vtq̄ vt diceret, Amoris eius telo percussa sum. Nihil ergo interest in scripturis diuinis vtrū charitas dicitur, an amor, vel dīlectio: nisi q̄ in tātū nomē charitatis extollitur, vt etiā ipse deus charitas appelletur, sicut Ioannes dixit. Charissimi diligamus inuicem, q̄a charitas ex deo est, & omnis q̄ diligit ex deo natus est, & cognoscit deū: qui autē non diligit, nō cognoscit deū, q̄a deus charitas est. Et q̄uis alterius temporis sit dicere aliquid dē his que exempli causa ex Ioannis epistola protulimus, tamen breuiter etiam aliqua perstringere, nō est visum absurdum. Diligamus (inquit) inuicem, quia charitas ex deo est. & post pauca . Deus charitas est. In quo ostendit, & ipsum deum charitatē esse, & iterū eū qui ex deo est charitatē esse. Quis autem ex deo est, nisi ille qui dicit, Ego ex deo exiui, & veni in hunc mundum ! Qz si deus pater charitas est, & filius charitas est: charitas autē, & charitas vnu est, & in nullo differt: consequenter ergo pater, & filius vnu bene dīcuntur. Et ideo conueniēter Christus sicut sapientia, & virtus, & iustitia, & verbū, & veritas, ita & charitas dicitur. Et ideo dicit scripture. Quia si charitas manet ī vobis, deus in vobis manet. Deus autē, id est pater & filius, qui & veniunt ad eum qui perfectus ī charitate est. secundum verbum domini, & Saluatoris dicētis, Ego & pater veniemus ad

In Lantica cāticorū

eū, & mansionē faciemus apud eū. Sciendū ergo est q̄ hēc charitas q̄ deus est, cū ī aliquo fuerit, nihil terrenum, nihil materiale, nihil corruptibile diligit. Contra naturam nāq̄ est ei corruptibile aliquid diligere, cū ipsa sit ī corruptionis fons. Ipsa est enim sola quae habet immortalitatem . Siquidem deus charitas est, qui solus habet immortalitatē, lucem habitās īacessibilē. Quid autē aliud immortalis nisi vīta æterna est, quam daturū se promittit deus credentibus ī ipsum solum verum deum, & quem misit Iesum Christum filium eius ? Propterea ergo in primis, & ante omnia hoc amabile, & placidum dicitur esse deo, vt quis diligat dominū deum suū ex toto corde suo, & ex tota anima sua, & ex totis viribus suis. Et q̄a deus charitas est, & filius qui ex deo est, charitas est, sui simile aliquid requirit ī nobis, vt per hanc charitatē, quae est ī Christo Iesu, qui est charitas, velut cognata quadam per charitatis nomen affinitate sociemur, sicut & ille qui iam coniūctus ei dicebat . Quis nos separabit a charitate dei, quae est ī Christo Iesu domino nostro ! Hēc autem charitas omnem hominēm proximū diligat. Ob hoc em̄ arguit Saluator quēdā, q̄ opinabatur q̄ iusta anima erga eam quae īiquitatibus īuoluta est, propinquitatē iura non seruet: & ista de causa texuit istam parabolam, quae dicit, q̄ in latrones īcidit quidam dum descendit ab Hierusalem ī Hiericho: & culpat quidē sacerdotem, ac leuitam, qui videntes seminecem præterierunt: amplectitur autem Samaritanus qui misericordiam fecerit, & hunc fuisse ei proximum ipsius qui proposuerat responsione firmauit, & ait ei, Vade, & tu fac similiter. Etenī natura omnes nobis inuicem proximi sumus. Operibus vero charitatis fit proximus ille, qui potest benefacere ei qui non potest. Vnde & Saluator noster factus est proxim⁹ nobis, nec præsiuit nos cum semineces ex latronum vulneribus īaceremus. Igitur sciēdum est dei charitatem G semper ad deum tendere, a quo originem duxit, & ad proximum respicere, cum quo participium gerit, vtpote similiter creaturā ī corruptione. Sic ergo quæcumq̄ de charitate scripta sunt, quasi de amore dicta suscipe, nihil de nominib⁹ curans . Eadem nāq̄ ī vtrōq̄ virtus ostendit. Qz si quis dicat, q̄a & pecuniam, & meretricem, & alia similiter mala eodem vocabulo quod a charitate duci videtur diligere appellamur: sciendum est in his non proprie, sed abusive charitatem nominari . Sicut (verbi gratia) & deus nomen

principaliter in eo est, ex quo oia, & per quem omnia, & in quo oia, quod utique aperte virtutem, & naturam trinitatis denudat.

Aethiopū comparat, veniēt etiā ip̄i, & tunc omnis Israel saluabitur: & p eo ultra flumina Aethiopū dicant, q̄si q̄ v̄lteriores & posteriores sint his spatiis, in qb⁹ currit inundatq; gē tū salus. Et ita forte cōpleri videſ hoc qđ dicit, qa in die illa nō cōfunderis om̄is Israel ex om̄ibus adiunctionibus tuis, quibus impie egisti in me. Superest vt illud testimoniu qđ de Hieremia assumptimus, explīceſ, vbi Abdī melech nihilomin⁹ Aethiops vir eunuchus, cum audīſſet quia Hieremias in lacū missus est a principib⁹ populi, educit eū inde. Et puto incōueniēs nō videri si dicamus, quē principes Israel condēnauerūt, & in lacum mortis miserūt, iste alienigena & obscuræ gentis homo & degeneris, id est populus gētium, educit eū de lacu mortis, resurrectionem scilicet eius a mortuis credēs, & fide sua hunc quem illi in mortē tradiderant, iste de īfernīs reuocat, ac reducit. Sed & cunuch⁹ hic Aethiops esse dicit, credo q̄ castrauerit semetipsum ppter regnum dei, vel etiam q̄ semen malitiæ in semetipso nō habebat. Seruus quoq; est regis, qa seruus sapiens īperat stultis dominis. Interpretatur autē Abdimelch, seru⁹ regū. Et ideo dominus reliquēs populū Israel p̄ peccatis suis, ad Aethiopē verba dirigit, & ad ipm mittit p̄phetā, & ipsi dicit. Ecce ego adduco verba mea sup ciuitatē istā in mala, & nō in bona, & saluabo te in die illa, & non tē dabo in man⁹ hominū, sed saluās saluabo te. Salutis aut̄ causa hęc est ei, qa eduxit p̄phetā de lacu, id est q̄ fide sua qua Christum resurrexisse credit a mortuis, eduxisse eum ex lacu videt. Habet ergo plurima testimonia fusca hęc, vel nigra, & formosa, in quibus libere agat, & cū fiducia dicat ad filias Hierusalem, qa fusca sum qdem, vel nigra sicut tabernacula Cedar, formosa aut̄ sicut pelles Solomonis. De pellibus Solomonis scriptū aliqd. p̄prie nō memini. Puto autem referri possē ad gloriam eius, de qua dicit Saluator. Quia nec Solomō in omni gloria sua opertus est sicut vnu horū. Nomen tamē ipsum pelliū in tabernaculo testimonii īuenimus frequēter referri, sicut cū dicit. Et facies pelles ex capratū pilis operi mentū super tabernaculū testimonii. xi. pelles facies, longitudo pellis vnius. xxx. cubitorū, latitudo quatuor cubitorū. Eadē mēſura erit xi. pellibus, & coniūges quinq; pelles simul, & alias sex simul, & replicabis sextā pelle a frōte tabernaculi, & facies quinquaginta ansulas per orā pellis vnius, & quinquaginta ansulas per orā pellis alterius, per quas coniūgan̄ vna ad alterā: & facies cīrculos aereos quinque

Origenis

nos, & cōiunges ex ipsis pelles, & erit vni to-
tū: & replicabīs qd̄ supēst ex pellibus, medietā
tem pellis vniū a frōte tabernaculi, & ex alia
medietate qd̄ supēst velabīs posteriora taber-
naculi cubitū hinc, & cubitū inde, ex eo quod
abūdat in longitudine pelliū, & erit adopertū
tabernaculum ex lateribus hinc & inde. Puto
ergo q̄ harū pelliū mentio fiat in Cantico cā
ticorū, & iste dicant esse Solomonis, q accipit̄
in pacificū Christū. Ipsius ergo est tabernacu-
lū, & ea q̄ ad tabernaculū p̄tinet: & p̄cipue si
illud tabernaculū cōsiderem⁹, qd̄ dicit̄ taber-
naculū verū, qd̄ fixit̄ deus & nō homo, & qd̄
ait, nō em̄ in manu facta sancta intravit Iesus
exemplaria verorū. Si ergo pulchritudinem
suā sponsa pellibus cōparat Solomonis, illarū
sine dubio pelliū gloriā & pulchritudinē dī-
cit, quę operiunt illud tabernaculum qd̄ fixit̄
deus & nō homo. Si vero nigredinē suā quę
exprobrari a filiabus Hierusalē videbaſ, pelli-
bus cōtulit Solomonis, huius tabernaculi qd̄
exēplar veri tabernaculi vocaſ, accipiēdæ sūt
pelles, quasi q̄ & ipse nigre sint quidē, vtpote
capraru pilis textę, & tamen vsum, ornatuq̄
Exhibeant diuino tabernaculo. Qz autem vi-
detur esse psona vna quę loquit̄, & pluribus
se vel tabernaculis Cedar i nigredine, vel So-
lomonis pellibus cōparauit, ita accipiēdū est:
quia vna quidem persona videt̄ ecclesię, innu-
merae tamen sunt, q̄ p orbē terrę diffusę sunt,
atq̄ immēsę congregationis, ac multitudinis
populoru. Sicut & regnū cælorū vnu quidē
dicit̄, sed multę tamen in eo mansiones me-
morantur esse apud patrem. Potest autem &
de vnaquaq̄ anima quę post peccata pluri-
ma conuertitur ad poenitentiam dīci, q̄ ni-
gra sit qd̄ pro peccatis, formosa ppter poeni-
tētiā, & fructus poenitētię. Deniq̄ & de hac
ipsa quę nunc dicit̄, nigra sum & formosa, q̄a
non in finem in nigredine ista permanxit, post
hæc dicunt de ea ipsa filię Hierusalem. Quę
Fest ista quę ascendit dealbata incubens super
fraternū suū! Ne videatis me quoniā infusa-
ta sum ego, q̄a despexit̄ me sol. Infusata siue
denigrata. si cōpetēter nobis videt̄ aptata ex
positio quę in superioribus vel de Aethiopis
sa quę a Moysē suscep̄ta est in coniugiu, vel
de regina Saba Aethiopū quę sapientiā Solo-
monis venit audire, texuim⁹, merito nūc hęc
quę fusca, vel nigra est, & formosa, satissimacere
videtur p nigredine, vel fuscatione sua, cau-
sasq̄ reddere exprobratib⁹, quasi q̄ nō natura-
tal is, nec ira a cōditore creatā sit, sed ex accidē-
tibus hoc passa sit. Ex eo (ingt) q̄a sol despe-
xit̄ me, In quo ostēdit nō de nigredine corporis

In Lantica canticorū

fieri sermonē, qd̄ vtīq̄ sol obscurare & deni-
grate solet cū respicit magis, q̄ cū despicit. Ita
deniq̄ & apud illā oēm gētē Aethiopū ferūt,
cū naturalis quædā inest ex seminis carnalis
successione nigredo, q̄ in illis locis sol radiis
acrioribus ferueat, & adusta iā semel atq̄ in-
fuscata corpora genuini vitii successione per-
maneant. Contrariū vero ordinis est animē ni-
gredo. Nā neq̄ aspectū, sed despectu solis in-
urit̄, neq̄ nascēdo sed negligēdo cōgrītur: &
ideo sicut ignauia assumit̄, ita & īdustrīa re-
pellit̄, & repulsaſ. Deniq̄ vt superius dixi, hęc
i p̄a q̄ nūc nigra dī esse, in fine Cātici hui⁹ de-
albata memorat ascēdere īcubēs sup fraternū
suū. Effecta est ergo nigra q̄a descēdit: si aut̄
cōpetit ascēdere & īcubēre sup fraternū suū
& adhērere ei, nec oīno separari ab eo, erit de
albata & cādida, abiecta q̄ om̄i nigredine, veri
luminis luce circunfusa radiabit̄. Dicit̄ ergo
nunc ad filias Hierusalem p nigredine sua fa-
tissaciēs. Nō putetis o filię Hierusalē q̄ natu-
ralis ē ista nigredo quā videtis i vultu meo:
sed scītore qm̄ despectu solis est facta. Sol em̄
iustitię q̄a me nō inuenit recte stantē, nec ipse
in me rectos dīrexit lucis suę radios. Ego em̄
sum populus gentiū qui prius non aspexi ad
solē iustitię, nec steti ante dñm, & ideo nec il-
le me aspexit, sed despexit, neq̄ astitit mihi,
sed prēteriit. Hoc aut̄ ita esse etiā tu q̄ Israel
diceris, re i p̄a expertus iam iamq̄ cognoscēs,
& dices. Sicut em̄ me aliqñ nō credēte tu as-
sumptus es, & misericordiā consecutus, & te
respexit sol iustitię, me aut̄ vtpote inobedien-
tē & incredulū despexit & spreuit, ita & nūc
q̄a tu incredulus, & inobediens factus es, ego
spero respici a sole iustitię, & misericordiā cō-
sequi. Qz aut̄ mutua nobis sit solis ista despe-
ctio, & ego primo pro inobediētia mea despe-
ctus sum, tu vero respectus, nunc aut̄ etiā tibi
nō solū despectus solis, sed & cęcitas quędam
licet ex parte, cōtigerit, testē tibi producā ma-
gnificū, & cælestis secreti cōsciū Paulum, qui
ita dicit̄. Sicut em̄ vos de gentib⁹ sine dubio
loquēs aliqñ non credidistis deo, nūc aut̄ mi-
sericordiā cōsecuti estis ppter istorū incredulī-
tatię, ita & isti nō crediderūt in vestra mīa, vt
ipsi misericordiā cōsequant̄. Et itē in aliis dī-
cit̄. Quia cęcitas ex pte cōtigit i Israel, donec
plenitudo gētīū intraret. Hinc ergo est in me
quam exprobras ista nigredo, q̄a despexit̄ me
sol ppter incredulitatē, & inobediētia meā.
Cū vero recte stetero āte eū, & nō fuerō obli-
quis in aliquo, neq̄ declinauero ad dexterā,
neq̄ ad sinistrā, sed fecero rectas semitas pedi-
bus meis cōtra solē iustitię incedēs in oīib⁹

A iustificationibus eius sine querela, tūc & ipse rectus me respiciet, & nulla erit obligas, nec erit causa vlla despctus, & tunc reddetur mihi lux mea, & splendor meus: instantiūq; propt letur a me quā nūc exprobratis ista nigredo, vt etiā lux mūdi merear appellari. Sic ergo sol iste quidē visibilis ea corpora qbus a summo libramine insederit, infuscatur, & vrit: ea vero quē procul sunt, & ab ista collibratione lōgii posita, cōseruat in cādore suo, nec omni no vrit ea, sed illuminat. Sol vero sp̄iritalis q; est sol iustitiae, in cuius pēnis sanitas esse dicitur, e contrario eos qdem quos recti cordis in uenerit, & ad librā sui splendoris cōsistētes, iluminat, & omni fulgore circūdat: eos autē q; oblique incedunt cum eo, necessario etiā ipse oblique non tā respicit q; despicit, hoc eis p̄tētātē inconstātia sua, & instabilitate. Quomodo em q; peruersi sunt, possunt suscipere qđ rectū est: Velut si curuo ligno adhibeas rectissimā regulam, videbit̄ quidē per regulā argui materiæ prauitas, nō tamen regula est quæ ligno causam pueritatis imposuit. Et ideo festi nādū est ad vias rectas, & stādū in semitis vir tutū, ne forte sol iustitiae rectus incedēs, si nos obliquos stare inueniat, & pueros, despiciat nos, & efficiamur denigrati. Inquātū. n. incapaes fuerimus lucis eius, intātum tenebris & nigredini dabimus locū. Hinc em est ipse sol, q; & lux vera, illuminās oēm hoīem veniētē in hunc mundū, & q; in hoc mūndo erat, & mundus p̄r ipsum factus est. Nō em p̄ istud visibile lumen mundus factus est, cū & ipm portio sit mūdi, sed p̄ istud verū lumē: a quo lumine si nos peruersi incesserim⁹, despici dicimur. Et ipm em nobis puerse incedētibus puerum quoq; incedit, sicut scriptū est in maledictionibus Leuitici. Et si incesseritis (inqt) mecum peruersi, & nolueritis obedire mihi, adiūciā vobis plegas septē. Et post pauca. Et si (in qt) nō fueritis emendati, sed incesseritis mecum peruersi, incedā & ego vobiscū puerus. Siue vt in aliis exēplaribus legimus, Sí incesseritis me cū obliq; incedā & vobiscū obliquus. Et post aliquanta iterū dicit ad vltimū. Et qm̄ ambulauerunt in conspectu meo obliqui, & ego ambulabo cū eis in furore obliquus. Hæc assum p̄simus, ex qbus p̄baremus qualiter despicerē, hoc est oblique aspicere sol dicatur. Et euidēter claruit q; hos despiciat, & cū his oblique incedat ac peruerse, qui oblique incedūt cum eo. Sed & hoc qđ admonuit p̄sens locus, in discussum non omittamus, q; sol duplicitis videt esse virtutis, vnius qua illuminat, alteri⁹ qua adurit. Sed p̄ rebus aut materiis subia

centibus, aut illuminat aliqd luce, aut infuscat, & obdurat aliqd ardore. Secūdū hēc ergo fortassis & indurasle dicit̄ deus cor Pharaonis, q; scilicet talis fuerat materia cordis ipsius, quē p̄sentiā solis iustitię nō ea parte qua illuminat, sed ea qua adurit & idurat, ex ceperit, ppter hoc sine dubio, q; & ipse affligebat Hebræorū vitam in operibus duris, & q; luto & latere cōficiebat eos. Et erat vtiq; cor eius secundū ea quæ cogitabat luteū & limosum: Et sicut materiam luti sol iste visibilis stringit, & indurat, ita sol iustitię his iisdē radiis qbus illuminat populu Israel, Pharaonis cor cui inerant luteę cogitationes, p̄ ipsis motu suoru qualitatibus indurabat. Hēc aut̄ q; ita se habeat, & nō cōmunē (vt hoib⁹ videt) historiā famulis dei per spm sanctum scribat, ostendit etiā inde, q; vbi refert ingemuisse filios Israel, non dicit a luto, neq; a latere, neq; a paleis ingemuisse eos, sed ab operibus suis inquit. Et rursus. Et ascendit, inqt, clamor eorum ad deū. Nō dixit a luto & latere, sed sterū ab operibus suis. propter qđ & subiungit, Quia exaudiuit dñs gemitus ipsorum. cū vtq; nō ex audiuit eorum gemitu, q; nō ex operib⁹ suis clatur, tñ locoq; opportunitate cōmoniti nequa q; iudicauimus omittenda, maxime cū habent aliquid similitudinis ad hoc quod dicit hēc quē ifuscata est, q; despicerit eā sol. qđ vtq; ostendit ibi accidere, vbi peccatorū causa p̄cedit: & ibi infuscarū, vel aduri aliquē sole, vbi peccati materia subsistit. Vbi vero nō est peccatum, sol neq; adurere dñ, neq; infuscare, sicut de iusto referit in psalmis. Per diē sol nō vret te, neq; luna per noctē. Vides ergo q; sanctos in qbus peccatorum nulla causa est, sol nunq; adurit. Vt em diximus, duplicitis virtutis est sol: iustos qdē illuminat, peccatores vero non illuminat, sed adurit, qm̄ & ipsi oderūt lucem quia male agunt. Deniq; ob hoc deus noster ignis dicit esse cōsumēs, & nihilomin⁹ lux, in quo tenebre non sunt. lux sine dubio iustis, & ignis efficitur peccatoribus, vt cōsumat in eis omne qđ in aīa eorū corruptibilitatis, aut fragilitatis inuenierit. Q; autē in multis scripturæ locis, & sol, & ignis nō iste visibilis, sed ille inuisibilis, & sp̄iritualis dicat, ipse etiā si recēse as abūdāter inuenies. Filii matris meę dimicauerūt in me, posuerūt me custodē in vineis vineā meā nō custodiū. Adhuc ipa q; fusca q; dē pro delictis prioribus, formosa vero est p̄ fide, & cōuersatione, etiā hēc dicit assuerans q; filii matris suę dimicauerūt nō cōrra eam sed in ea: & post hoc bellum qđ in ea gesserūt,

Origenis

In Lantica cantico 2ⁱⁱ

cōstituerūt eā vinearū custodē, non vnius vi
neq; sed multarū. Aſtruit aut̄ hēc eadē, q̄ p̄ræ
ter illas vineas quas a filiis matris ſuę custodi
re poſta ē, habuerit aliā ppriā vineā quā nō
custodierit. Hēc eſt p̄pofiti dramatis fabula.
Sed nūc īgramus quę ſit mater ſpōſe huius
quā hēc allegat, qui ſint etiam filii eius qui di
micauerunt in ea, & cōfecto bello tradiderūt
ei vineas quas custodiret, quaſi quae non po
tuiffet ſeruare eas, niſi ab illis dimicatum fuif
ſer. Illam vero ſucepta aliarum vinearum cu
ſtodia propriam vineam noluiffe, vel non po
tuiffe ſeruare. Ad Galatas Paulus ſcribēs ait.
Dicte mihi q̄ ſub lege vultis eſſe, legem non
audiftis? Scriptū eſt em̄, quoniā Abrahā du
os habuit filios, vnum ex ancilla, & vnum de
libera. Sed is qdē q̄ de ancilla, ſecundū carnem
nat⁹ eſt: q̄ vero de libera, ſecundū reprobationem, quę ſunt allegorica. Hēc em̄ ſunt duo te
ſtam̄ta, vnum quidē in monte Sina in ſerui
tutem generans, quę eſt Agar. Sina em̄ mons
eſt in Arabiā, qui conſertur huic quę nūc eſt
Hierusalē, & ſeruit cū filiis ſuis. Quę aut̄ ſur
sum eſt Hierusalem, libera eſt, quaſe eſt mater
oīm noſtrū. Hanc ergo Hierusalem cæleſtē dī
cit eſſe Paulus & ſuā, & omnium noſtrū crea
dentiū mātrē. Deniq̄ addit̄ in posterioribus
& dicit. Propter qd̄ fratres nō ſumus filii an
cille, ſed liberę, q̄ libertate liberauit nos Chri
ſtus. Evidenter ergo Paulus pronūciat q̄ oīs
qui per fidem a Chriſto conſequitur liberta
tem, filius ſit liberę, & hanc dicit eſſe ſursum
Hierusalem quę libera eſt, q̄ eſt mater oīm no
ſtrū. Huius ergo matris, & iſpa hēc ſpōſa filia
eſſe intelligitur, in hiſ q̄ dimicauerūt in ea, &
cōſtituerūt eam custodē vinearū. Vndeviden
tur iſti q̄ tantā potestatē habuerint vt & bel
lum gererent in ea, & ordinarent eam vinea
rum custodem, non cuiuſcunq; humilis, aut
F contēndi loci fuifſe. Poſſumus ergo & apo
ſtolas Chriſti accipere filios matris ſpōſe, hoc
eſt Hierusalem filios cœleſtis, qui pugnauerūt
prius in iſta, quę ex gentibus cōgregatur. Pu
gnauerunt autē vt vincerent in ea illos quos
prius habuit infidelitatis, & inobedientię ſen
sus, & omnem elationem extollentem ſe ad
uersus ſcientiam Chriſti, ſicut Paulus dicit,
Cogitationes deſtruenteſ, & omnem altitudi
nem extollenteſ ſe aduersus ſcientiam Chri
ſti. Pugnauerūt ergo nō aduersus eam, ſed in
ea, hoc eſt in ſenſibus, & corde eius, vt deſtru
erent & depellerent omnem infidelitatē, omne
vitium, omnesq; doctrinas quę ei inter gētes
poſtæ falſis ſophistarum aſſertionebus ino
leuerāt, Fuit ergo Apoſtolis Chriſti grande

bellum, donec ex ea mendaciū turreſ, & mu
ros peruerſe doctrinę ſubruerent, donec iniqu
itatē argumenta proſtererent, & operanteſ
hēc, atq; ſuccedenteſ in corde eius dæmones
debellarēt. Vbi ergo effugauerūt ab ea om̄es
ſenſus infidelitatis antiquę, nō eā relinquent
otiosam, ne forte p otium rurſus antiqua ſue
repant, & redeant quę repulſa ſunt: ſed dāt eī
opus quod agat, & conſignant ei custodiā vi
nearum. Vineas accipiamus ſingula quęcunq;
volumina legiſ, ac prophetarum. Erat em̄
vnusquisq; eorum ſicut ager plenus quem be
nedixit domin⁹. Hēc ergo iſti viri fortes poſt
victoriā bellī ſeruanda ei & custodienda con
ſignant, non enim relinquent eam (vt dixi
mus) otiosam. Sed & euangelistarum ſcripta,
atq; iſpſorum Apoſtolorū literas poſſumus ſi
militer vineas accipere, quas huic quae ex gē
tibus congregat, p qua etiā dimicauerūt, cu
ſtodiēdas colēdasq; tradiderūt. Qd̄ vero ait, G
quia ſuā propriam vineam nō custodierit, il
lam poſſumus eruditioñem dicere, qua vnus
qſq; exercebat ante fidē, quam ſine dubio cre
dens Chriſto relinq̄t, ac deferit: & ea quę ſibi
luſtra videbātur, dicit propter Chriſtum de
trimenta. Sicut & Paulus gloriatur legi ob
ſeruātias, & omnem Iudaicę iſtitutionis glo
riam fuifſe ſibi vt ſtercora, tātum vt in Chri
ſto inueniretur non habens ſuam iuſtitiam
quę ex lege eſt, ſed iuſtitiam quę ex deo eſt. Si
cut ergo Paulus accepta Chriſti fide non cu
ſtodiuit viueā ſuam, Iudaicę ſciliſet traditio
niſ obſequiā: & idcirco fortaſſe non cuſtodi
uit, quia cū plantata eſſet a deo vitis vera, cō
uersa eſt in amaritudinem vitis alienę, & erat
iā vitis Sodomorum vinea eorum, & palmeſ
eoruſ ex Gomorra, & boſtrus amaritudiniſ in
eis, & furor draconum viuū eorum, & furor
aspidum iſfanabilis: Ita & apud gentes erant
plurimae huiusmođi doctriṇe, quas poſt illa
bella quibus pro fide, & agnitioñe Chriſti a
doctoribus diuinaſtum eſt, ſuperatas dicit: pu
to q̄ omnino criminis loco ducatur ſi cuſto
dierit aliquis huiusmodi vineas, & agrū co
lat viṭra venenatiſ & noxiis conſitum diſci
pliniſ. Nec mireris ſi hiſ culpiſ aliquādo fuif
ſe videatur obnoxia hēc quę ex nationum di
ſperſione colligitor, & iam Chriſto ſpōſa p̄e
para. Recordare quomodo prima mulier ſe
ducta eſt, & in p̄uaricatione facta: q̄ nō aliter
ſalua fieri dicit, niſi p filiorū ḡnationē, illorū
dūtaxat q̄ pmanēt in fide & charitate cū ſan
ctitate. Hoc ergo qd̄ de Adā & Eua ſcribit,
ſic aſſeueraſt Apoſtolus. Mysteriū magnū eſt
in Chriſto, & in ecclesiā: q̄ eam ita dilexit, vt

semetipsum traderet p ea, cū esset adhuc ímpia hēc ipsa, sicut ipse dixit. Cū n.adhuc secū dū tēpus ípii essemus, Christus p nobis mortuus est. Et iterū. Quia cū adhuc essemus infideles, Christ⁹ p nobis mortu⁹ est. Nō ergo mirū est, si hēc q̄ seducta, & in p̄uariatiōe facta, & q̄ ipia secūdū tēpus fuit, & peccatix, tālē dicat vineā coluisse eo tpe, cū adhuc ímpia erat, quā relinqre debuerit, & nequaq̄ om̄ino seruare. Qz si etiā tertīū explanatiōis locū placet exeq, referam⁹ hēc ad vnāquāq̄ aīam, q̄ cōuersa ad desū, & ad fidēveniēs, patīt fine dubio cogitationū pugnas, & obluctatiōes dēmonū reuocare eā nitētiū ad prioris vītē illecebras, vel infidelitatis errorē. Sed ne hoc fiat, neue rursum dēmonibus in ea tātū liceat, p̄spexit diuina puidētia, vt paruulis qbusq; & his q̄ p semetipsis aduersus astutias diaboli, & dēmonū pugnas dīmicare nō possunt, vt pote in fantes adhuc, & lactētes in Christo, daret angelos ppugnatores & defensores, q̄ velut tuatores & pcuratores cōstītuti sunt a deo eorū q̄ in infirma etate positi p semetipsis (vt dixi mus) pugnare nō possunt. Et vt hoc cū maiores fiducia agāt, concedit eis semp videre faciē patris q̄ in carīs est: & istos puto esse puulos quos venire ad se Christus iūsīt, & nō siuit p hiberi, & quos semp dixit videre faciē patris. Nec tibi contrariū videat, si eos hēc aīa q̄ ad deū tēdit, matris suę filios appellat. Si n.aīarū mater Hierusalē cēlestis est, & āgeli nihilominus cēlestes noīan̄t, nihil dissonās videbit, si hi q̄ similiter vt ipsa cēlestes sunt, ab ea filii matris appellant. Sup oīa aut̄ cōgrūū videbitur, & cōueniēs, vt qb⁹ vn⁹ est pater de⁹, vna sit & Hierusalē mater. Qz vero aīt, Vineā me am nō custodiū, īstituta illa ac mores, & p̄positū ī quo exercebat secūdū veterē hoīem viuēs, īdicare videt laudabiliter a se non eē seruata. Ex quo aut̄ adiutorio angelorū dīmī cauit, & vicit eā, penit⁹ a se effugauit veterē hoīem cū actib⁹ suis, cōstītutaq; est ab eis viñearū custos, s̄euū. s. & dogmatū diuinoq; ex qbus possit vīnū bibere, qđ lātificet cor eius.

B Annūcia mīhi quē dilexit aīa mea, vbi pascis, vbi cubas in meridie, ne forte efficiār sicut ad opera sup greges sodaliū tuorū. Adhuc spōsa loq̄ etiā hēc, sed ad spōsum, & nō iā ad filias Hierusalē. Igīt ab iīrio vbi aīt, Osculet me, vīsp ad hūc locū. Sup greges sodaliū, cūcta q̄ dicta sūt verba sunt spōse. Sed p̄tio sermo ei⁹ ad deū factus est, secūdo ad spōsum, tertio ad adolescētulas: īter quas & spōsum media qđā & vt se dramatis hui⁹ species habet, quasi mesochorus effecta, nūc ad ipsum, nūc etiā ad fi-

līas Hierusalē respōdēs, dirigīt verba. Hos ergo nūc vltimos sermones suos ad spōsum facit, regres ab eo vbi pascat ī meridie, & vbi collocet gregē, verens ne dū regrit eū, incurrit in ea loca vbi sodales sponsi locatos p me rīdiē greges seruāt. Ostendit aut̄ per hāc qā sponsus hic etiā pastor sit. In superioribus autē dīdiceramus eū esse & regem, p eo sine dubio q̄ hoīes regat, pastorē vero p eo q̄ oues pascat, spōsum aut̄ pro eo q̄ habeat sponsam, quē cū eo regnet, secūdū q̄ scriptū est. Astitit regina a dextris tuis in vestītu deaurato. Hēc īterim cōtinet dramatis ipsi⁹ q̄ est quasi hīa stōricus ordo. Nūc aut̄ regramus intelligētīa mysticā: & si oportet p̄uenire paululsi ea q̄ in posterioribus p̄ferenda sunt, quo q̄s effectus sit horū sodaliū pateat, memoremus illud qđ scriptū est: quia reginē sunt sexaginta, sed ex his oībus vna sit colūba, & vna pfecta, ac particeps regni. Ceterae vero iam īferiores sūt. Quia octoginta appellantē cōcubinæ. Adolescentulē vero quarū numerus nullus est, post ordinem cōcubinarū ponunt. Iste aut̄ oēs anī C marū earū differētiē sunt, quē ī Christo credētes diuersis ei affectib⁹ sociant: vt verbi grā dicamus oēm ecclesiā p illā figurā corpus esse Christi, qua Ap̄l's dicit: in quo corpe diuersa esse mēbra pñūciat, & alios esse oculos, & alios manus, alios etiā pedes, & singulos p operū, studiorūq; suorū meritis ī mēbra corpis hui⁹ aptari. Secūdū hāc ergo speciē & hāc intelligēda sūt, & alias qđē alias putādū ē ī hoc spōsali dramate q̄ magnificētiori affectu spōso, atq; illustriōi sociant, ap̄d eū reginarū loco & affectu haberī: alias quarū īferior sine dubio ī pfectib⁹, & virtutib⁹ honor est, cōcubinarū loco duci: & alias adolescentularū, q̄ vīdenf extra aulā qđē posite, non tñ extra vrbē regiā. Postiores vero & post oēs q̄ supra memoratæ sunt, esse eas quā oues appellantur. Si vero p̄piciāmus attētius, adhuc fortassis etiā harū oīm īueniem⁹ īferiores alias, & vltimas oīm, illas scilicet q̄ ī sodaliū eius gregibus numerant. Et ipsi em̄ habere greges quos D dā dicunt, ī quos nō vult sponsa īcurrere, & ob hoc petet a sposo vt annūciet sibi vbi pascat, vbi meridiē faciat. Ne forte (inquit) Jeffia ciār sicut adopta super greges sodaliū tuorū. Querit ergo sodales isti q̄ habere quosdā greges dicunt, vtrū sposo operā dantes, & sub ipso velut pastoꝝ principe agētes hoc faciāt, quādogdē sodales eius nominant, an propriū aliquid, & sequestratū habentes, & qđ non sit cū animo sponsi: quādoquidē refugit sponsa, & yetetur ne forte īcurrat sodaliū greges dū

Origenis

sponsum suū requirit. Sed & qđ dixit, Ne forte efficiar nō adoperta, sed sicut adoperta, regre ne forte innuat per hoc esse aliquas sodalium quasi spōsas habētes etiā ipsas habitū spōsalem, & esse adopertas, & sicut Apostolus dicit, Velamen & potestatē habētes sup caput. Et vt manifestior sermonis huius explanatio fiat, iterū quasi dramatis ordine qđ dicit exequamur. Exposcit ab ipso spōso suo sponsa, vt ei locum secreti sui indicet & quietis quandoqdem amoris impatiens etiā per meridiem cupit audire spōsum, eo p̄cipue tēpore, quo clarior lux, & splēdor diei perfectus, & purus est, vt assūstat ei oues pascenti, vel refrigerantī, & studiose vult viā discere, qua ire ad eū debeat, ne forte si non fuerit edocta itineris huius anfractus, incurrat greges sodaliū, & videat similis esse alicui illarū quę adopertę veniunt ad sodales eius, nec pudoris curā gerunt, aut verent passim discurrere, & multis apparere. Ego aut̄ quę a nullo, ingt, alio videri volo nisi a te solo, scire desidero quo ad te itinere veniam, vt secretū sit, vt nemo sit medi⁹, vt nullus arbiter peregrinus, & alienus occurrat. Et forte ob hoc regrit ista loca in qbus pascit sponsus oues suas, & ostendit ei verecundiā suā, p̄ q̄ non vult sicurere greges sodaliū, vt ille segreget oues suas a sodalib⁹, & seorsū pscat, vt nō solū spōsa nō videat ab aliis, sed & arcanis, & ineffabilibus mysteriis sponsi secretius p̄fruat. Nūc ergo videamus p̄ singula: & primo qđe vide si possumus dicere, p̄ dñs cuius portio fuit Iacob, & funiculus hæreditatis ei⁹ Israel, ipse intelligēdus sit spōsus. Sodales vero eius angeli illi, ad quorū nūterū cū diuidideret excelsus gētes, & dispergeret filios Adā statuit terminos gentiū secūdū numerum (vt ait) angeloz dei: & isti sint fortassis greges sodaliū sponsi, gentes, s.cunctaz, q̄ velut pecora sub angelis pastoribus cōstitutę sunt: Grex vero spōsi ille dicatur, de quibus ipsa in euāgēlio veritas dixit. Oues meę vocē meā audiūt. Vide em̄ & obseruāter intēde, qm̄ dixit oues meę, q̄si sint & alię oues q̄ nō sint ei⁹. sicut & ipse in aliis dixit. Vos nō estis de ouib⁹ meis. Quę singula huic occulto mysterio cōuenienter videbunt aptari. Quę si ita se habent, cōp̄tenter sponsa vniuersitę sodaliū gregē spōsam eius intelligi voluit, quā adopertā noīauit. Sed qm̄ certa erat q̄ sup oēs illas ipsa eset, nō vult similis videri alicui illarū, vrpote quę sc̄iret rātū se debere p̄cellere illas sodaliū spōsas quas sponsa noīat velut adoptas, quā tum eminētię sponsus suus habebat ad sodales. Sed & p̄ hoc adhuc videbitur percontādi

In Lantica canticoꝝ

causas habuisse, quādoquidem boni pastoris scit esse studium, vt optima ouibus pascua regrat, & vt viridantia, atq̄ opaca quęq̄ ad requietem nemora meridiani c̄stus inueniat. Qđ quidem sodales sponsi facere nesciunt, nec in eligendis pascuis, aut scientię tantū, aut sollicitudinī gerunt: & ob hoc dicit, Annuncia mihi vbi pascis, vbi cubile habes in meridie: cupiens tēpus scilicet illud quo copiosius mūdo lumen infundit, quo magis merus est dies & purior, & florulentior est lux. Tūc (inquit) annuncia mihi o tu quē dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubile habes in meridie, ne forte efficiar vt adoperta super greges sodalium tuor̄. Nouo nūc nomine spōsa appellauit spōsum. Sc̄ies em̄ ipsum esse filiū charitatis, immo ipsum esse charitatē quę ex deo est, quasi vocabulū ei istud posuit. Quē dilexit aīa mea Et tñ non dixit, quē dilexi, sed quē dilexit aīa mea: sc̄ies nō qualicūq̄ d̄slectione, sed ex tota aīa, & ex totis viribus, & ex toto corde habēdā eē d̄slectionē spōsi. Vbi pascis (ingt) & vbi cubile habes. Puto aut̄ q̄ & p̄pheta de hoc loco, quē nūc spōsa discere ab ipso spōso desiderat, & audire, etiā ipse sub eodē positus pastore dicat, Dñs regit me, siue vt in aliis legim⁹, Ḡ Domīnus pascit me, & nihil mihi deerit. Et quoniā sciebat alios pastores vel ignauia, vel īperitía faciente greges in locis aridioribus collocare, de hoc optimo pastore domin⁹ dixit. In loco viridi ibi me collocauit. Sup aquā refectionis educauit me. ostendens pastorem hūc nō solum abundantes aquas ouibus suis sed & salubres, & puras, & quę p̄ oīa reficiat prouidere. Sed quoniā ab hoc statu quo veouis sub pastore deguerat, conuersus ad rationabilia ī excelsiora profecit, idq̄ adeptus est p̄ conuersionē, subiungit, & dicit. Animā meā cōuertit. Eduxit me sup semitas iustitiae ppter nomē suū. Hinc vero quandoqdem ī hoc pfecerat vt iustitiae incederet vias, iustitia aut̄ habet sine dubio īmpugnatē se īiustitiam, & necesse est eum q̄ iustitiae iter incedit habere pugnas aduersantiū, fide cōuersus, & spe dicit de eis. Nā & si ambulē ī medio vmbre mortis non timebo mala qm̄ tu meū es. Post hēc vero q̄si gratiā referēs ei q̄ se pastoribus īmbuerat disciplinis, Virga ingt tua & baculus tu⁹, qb⁹ īstitut⁹ videor ad pastoris officiū, ipa me cōsolata sūt. Hic verob̄i vīdit se a pastoralib⁹ pascuis ad rōnabiles cibos, & mystica secreta trāslatū, addit & subdit. Parasti in cōspectu meo mensam aduersus eos q̄ tribulat̄ me. Impīguasti ī oleo caput meū, & calix me⁹ īnebriās q̄ p̄clarus est. Et misericor.

dia tua subsequet me omnibus dieb⁹ vītē meā
vt inhabite in domo dñi in longitudine die-
rum. Illa ergo prima, id est pastoralis institu-
tio, initiu eorū fuit, vt in loco viridi colloca-
tus, sup aquā refectionis educaret. Hæc vero
quæ sequunt de pfectibus ad pfectionem reg-
runt.

A Et quoniā de pascuis & viriditate pro-
posuimus, cōueniēs etiā videſ de euangeliis
confirmare quæ diximus. Inueni etiā ibi pasto-
rem hunc bonū de pascuis ouium differentē,
vbi ad hoc q̄ pastorem se profiteſ, etiā ostiū
se esse cōmemorat, & dicit. Ego sum ostiū: per
me si quis introierit, saluabit, & ingredietur,
& egredietur, & pascua inueniet. Hunc etiam
nunc sponsa percontatur, vt ab eo audiat, &
discat in qbus pascuis oues agat, vel in qbus
amoenitatibus meridianos pcureret æstus: me
ridiem appellans illa scilicet cordis secreta, q̄
bus clariorem scientię lucem a verbo dei ani-
ma consequitur. Hoc em tempus est, quo sol
excelsiorem circuitus sui verticem tenet. Si
quando ergo sol iustitię Christus ecclesię suę
excelsa, & ardua virtutū suarū secreta manife-
stat, amena ea pascua, cubiliq̄ meridiana vi-
debitur edocere. Nam cum adhuc initia ha-
bet discendi, & prima (vt ita dicam) ab eo sci-
entię suscipit rudimenta, tūc dicit propheta.
Et adiuuabit eam mane diluculo. Nunc ergo
qa pfectiora iā quærit, & excelsiora desiderat,

B meridianū scientię lumen exposcit. Hinc pu-
to & Abrahę post multas eruditōnes quib⁹
apparens ei deus imbuit eum de singulis, &
docuit, post referet qa visus sit ei deus ad quę
cum Mambre sedenti ad ostiū tabernaculi sui
meridie. Et respiciens (inquit) oculis suis, vi-
dit, & ecce tres viri stabant super eum. Qz si
credimus hęc per spm sanctum scripta, nō pu-
to fruſtra placuisse diuino spiritui, vt etiā tē-
pus & hora visionis scripturæ paginis māda-
ret, nīſi & horę istius, & tēporis ratio aliquid
conferret ad scientię filiis Abrahę, qbus vtiq̄
sicut opera Abrahę facienda, ita & visitatio-
nes istę sperandę sunt. Qui em potest dicere,
Nox p̄cessit, dies aut appropinquauit, sicut
in die honeste ambulemus, non in comedatio-
nibus & ebrietatibus, non in cubilibus, & im-
pudiciis, non in contētione, & emulatiōne,
& cū hęc oīa trāsierit, supergressus videbitur
tēpus hoc qđ nox p̄cessit, & dies appropin-
quauit, & festinare non ad initium diei sed ad
meridiem, vt & ipse ad gratiā perueniat Abra-
hę. Si em lux quę in ipso est mentis, & puritas
cordis clara fuerit & splendida, iste meridia-
num tempus in semetipso habere videbitur,
& per hanc puritatem cordis, quā in meridie

die positus deum videbit, sedens ad quercum
Mābre, quod ad visionem interpretat. Apud
visionem ergo sedet in meridie, q̄ vacat ad vi-
dendum de um. Inde deniq̄ nō dicit intra ta-
bernaculum, sed foris ad ostiū sedere taberna-
culi. Foris etenim est extra corpus posita mēs
eius q̄ longe est a corporalibus cogitationib⁹,
longe a carnalibus desideriis, & ideo ab his
omib⁹ foris positū visitat deus. Eiusdē quoq̄
mysterii est, q̄ & Ioseph & fratres suos cū sus
cepisset in Aegypto, in meridie eos pascit, &
in meridie adorat cū cū muneribus. Propter-
C ea deniq̄ puto & de his quę Iudei in Saluato-
rē cōmiserūt, nullū euāgelistarū voluisse scri-
bere, q̄a meridie hęc gesta sunt, cū vtiq̄ sexta
hora non aliud q̄ meridianū tēpus ostendat,
nullus tamē meridiē nominauit. Sed Matthę
us ita dixit. Ab hora autē sexta tenebræ factæ
sunt super omnem terram vsc̄ in horam no-
nam. Lucas vero. Erat iā quasi hora sexta, &
tenebræ factæ sunt super oēm terrā vsc̄ in ho-
ram nonam deficiente sole. Sed & Marcus. Cū
aut̄ esset facta hora sexta, tenebræ factæ sunt
sup oēm terrā vsc̄ in horā nonā. Vnde appa-
ret, q̄a in visitatione qdem Abrahę, & in con-
uiuio patriarcharum apud Ioseph nō indige-
bat vt tempus istud sub nomine sexti numeri
significaret, sed vt meridiē diceret. Volebat
em sponsa, quæ iam tunc in illis adumbraba-
tur, discere vbi pasceret sponsus, & vbi habe-
ret cubile, & ideo meridiem nominat. Euāge-
listæ vero in his quæ narrabant, non meridia-
num tempus, sed horę sexta numerum requi-
rebat, ad enarrandum scilicet sacrificiū ho-
stiæ eius, quę oblata est in dīe paschæ pro re-
demptione hominis, quā in die sexta format⁹
est a deo, posteaq̄ terra produxit animā viuē-
tem secundum genus, quadrupedia, & repen-
tia, & bestias terræ. Ob hoc igitur in præsen-
ti loco illuminari sposa desiderat pleno scie-
tię lumine, ne per imperitiam errās in aliquo;
similis efficiatur illis doctorum scholis, quæ
non per ipsam dei sapientiam, sed per philo-
phorū, & principum huius mundi exerceant.
Hoc em & apostolus dicere videtur in eo vbi
ait. Quia logmūr dei sapientiam in mysterio
absconditā, quā nemo principū huius mundi
cognouit. Et iterū hęc eadem significat, cum
dicit. Non em spm huius mundi accepimus,
sed spm qui ex deo est, vt sciamus quæ a deo
donata sunt nobis. Ob hoc ergo regrit spōla
Christi meridiana cubilia, & plenitudinē sci-
entię poscit a deo, ne videatur esse sicut vna
ex philosophorū scholis, quę adoperta nomi-
nat, p eo q̄ plenitudo veritatis apud eos te-
D

Digenis

ta est, & adoperta. Sponsa aut̄ Christi dicit, Nos aut̄ reuelata facie gloriā dei speculamur. Nisi cognoueris te o bona, siue pulchra inter mulieres, egredere tu in vestigiis gregum, & pasce hōedos tuos in tabernaculis pastorum, Vnius Chilonis scilicet ex septē quos apud grēcos singulares fuisse in sapiētia fama cōce lebrat, hēc inter cetera mirabilis fēt̄ esse sententia, qua ait. Scito te ipsum, vel cognosce te ipsum. Qd̄ tñ Solomon quē pcessisse oēs hos tēpore, & sapiētia, ac rerū scientia in p̄fatione nostra docuimus, ad animā quasi ad mulierē, sub cōminatione quadā loquēs dicit. Nisi co-
Egnoueris temetipsam o pulchra inter mulieres, & agnoueris pulchritudinē tuę causas in de descendere, q̄ ad imaginē dei facta es, p qd̄ īest tibi plurimū naturalis decoris, & cognoueris q̄ pulchra eras ex īicio: quis & nunc iā p̄cellas cæteras mulieres, & pulchra inter eas sola dicaris, tñ nisi cognoueris te ipsum quā sis, nō em̄ ex cōparatione inferior̄ volo bonā videri pulchritudinē tuā, sed vt tibi ipsi, & decori tuo collata, atq̄ exequata respōdeas. Qd̄ nisi feceris, iubeo te exire, & in vltimis gregū vestigiis collocari, & iā non oues, neq̄ agnos, sed hōedos pascere, illos scilicet q̄ p prauitate & laſciuia a finistris staturi sunt regis in iudicio p̄sidentis. Et cū tibi ītroductionē in cubiculum regū ostenderē quę summa sunt bona, si non cognoueris temetipsam, ostendū tibi etiā am quā sunt vltima mala, vt ex vtroq; p̄ficiās tā malorū metu, q̄ bonorū desiderio. Si em̄ nescieris temetipsam, & ignorātia tui vixeris, nec scientię studiū gesieris, sine dubio nec tabernaculū propriū habebis, sed & per pastortū tabernacula discorges, & nunc in illius tabernaculis pastoris pasces hōedos inquietū animal, ac vagum, & peccatis deputatū. Hēc autē patieris, donec rebus ipsis & experimentis intelligas, quātū malī sit animā nescire se ipsā, neq̄ pulchritudinē suā, per quā p̄cellat ceteras, nō virgines sed mulieres, illas scilicet quę corruptionē passae sunt, nec in virginitatis ītegritate p̄miserūt. Hēc sunt quā sponsus post illa oīa quę locuta fuerat sponsa, austera quadā cōminatione sponsae animos ad agnitionis suę curam suscitās, per ordinē p̄positi F̄ dramatis dicit. Sed nūc cōsequenter, vt cetera, ad Christū hēc, & ad ecclesiam referamus, q̄ ad sponsam suā, ad animās scilicet credētiū loquēs, summā salutis, & beatitudinē in sciētiā agnitione constituit. Quomodo ergo anima cognoscat temetipsam, nec facile puto, nec breuiter explicari posse: tamen p̄ viribus pauca ex multis aperire tentabimus. Videlur ex-

In Lantica cāticozum

go mihi duplīci modo agnitionem sui animā capere debere: quid quidem sit ipsa, & qualiter moueat, id est qd̄ in substantia, & quid in affectibus habeat, vtputa vt intelligat si boni affectus sit, aut nō boni, aut recti propositi, aut nō recti: & qdem si recti sit, si erga omnes virtutes eūdē tenorē habeat, tā in intelligentia, q̄ in agendo, an erga necessaria tantū, & q̄ in p̄ōpeo sunt. Et vtrū in eo sit vt recipiat pfectus, vt augeat in intellectu rerū, augmento q̄ virtutū, an in isto stet, & resideat, in qd̄ potuit puenire: & vtrū erga semetipsam rātum modo vacet excolēdam, an aliis pdesse, & cōferre aliqd̄ vtilitatis studeat, vel in verbo doctrinę, vel in exemplis gestorum. Si vero cognoscat temetipsam nō esse boni affectus, neq̄ recti p̄positi, in hoc ipso vt intelligat vtrū ei satis desit, & pcul a via virtutum sit, an in ipso iam posita sit itinere, & īcedere iam contetur, cupiēs quāe in ante sunt apprehēdere, & q̄ retro sunt obliuisci, sed nōdū appropinquauerit: aut p̄xima qdē sit, nondū tñ ad p̄fectionem venerit. Sed & in eo opus videtur esse animā cognoscentis temetipsam, scire si hēc ipsa quę opera mala, ex affectu, & studio operet, an fragilitate quadā, & (vt ille ait) qd̄ quasi nō vult agens, & quāe odit faciēs: & rūsus ea quā bona sunt, affectibus & recto p̄posito gerere videat. Verbi gratia, si iracudiam apud aliquos qdē cohībet, apud aliquos autē effert, an semp eā cohībet, & apud nullū omnino p̄fert. Similiter & tristitia, si in aliqbus quādem negotiis reūicit, in aliqbus autem recipit an in oībus omnino nō recipit. Ita & timorē, aliaq; similiter quāe virtutibus videntur esse contraria. Adhuc & istud opus est animā cognoscentis, si glorię multum cupida sit, aut parum, aut omnino nihil. Quod īnde colligit, si laudib⁹ multū, aut mediocriter delectetur, aut omnino nihil: & si ī opprobriis satis, aut parū, aut omnino nihil cōtristet. Sed & in dādo, & accipiendo cognoscētis animę semetipsā sunt quēdā indicia, si qd̄ tribuit, & p̄ebuit ita cōmunicabili affectu, & quasi cui aequitatē habeti inter homines placeat, an (vt ille ait) ex tristitia, aut necessitate, vel certe gratiā siue ab accipientibus, siue ab audiētibus querēs. Sed & ī accipiēdo aīa q̄ cognoscit temetipsam obseruabit vtrū īdifferēter habeat ea q̄ accipit, an velut sup aliquo bono gaudeat. Sed & in intellectu pensabit temetipsam hīmōi aīa, vt cognoscat an facile moueat cuiuscunq; verisimilis iudicio, & surrepatur ei arte, vel suauitate, vel calliditate sermonū, an raro hoc, an nunq̄ omnino patiatur. Sed sufficiant hēc

A in hoc agnitionis genere a nobis dicta. Possibile est em̄ volenti horū similitudinē , & alia innumera colligere, qbus cognoscere semetipsam anima proberet, & pulchritudinē suā quam ad imaginem dei in cōditione suscepit si reparare, ac restituere potuerit, contemplari. Hoc igitur est quod p̄sens sermo sub specie mulieris animam docet, ut cognoscat semetipsam, & ait. Nisi cognoueris temetipam hoc est nisi per singula quæ supra memorauimus duxeris sensus tuos, & discretionem singularum tenueris, quæ agenda sint, quæ caueda, qd desit tibi, & qd abundet, qd emendandum sit, qdve seruandum, sed si volueris indifferenter agere inter ceteras animas communis vitę hominū, quas hic mulieres appellat, inter quas tu pulchra es, vtpote quæ iam oscula verbi dei suscepseris, & cubiculi eius a cana perspexeris: si inquā non te cognoueris, sed indifferenter vt cōmune vulgus agere volueris, exi in vestigiis gregū, id est esto in reliquo grege: si nihil egregiū post hæc oīa quæ in te collata sūt agis, neq; temetipam cognoscens a conuersatione gregali sequestraueris. Et eris nō solum in grege, sed in vestigiis gregum. Vtēmus em̄ flet, & nouissimus q; prima tus suos non intellexerit. Et ob hoc vbi iam scientiā neglexerit, necesse est vt circūferatur omni vento doctrinæ ad deceptionem errore ita vt modo qdem apud illum pastorem. i. doctorem verbi tabernaculum ponat, nūc vero apud alium, & sic vbiq; circūferatur, pascens nō oues quod est animal simplex, sed hoedos, lasciuos scilicet & ingeros sensus, atq; ad peccatum deputatos diueris doctorib⁹ excolēs ad hoc ipsum q̄sitis. & hēc erit poena culpæ illi⁹ animæ quæ seipsum non studuerit agnosce, & illum solum seq pastorem q; animā suam

B posuit p̄ ouibus suis. Hēc est vna species, qua intelligere semetipsam anima in affectibus, & actibus suis debeat. Illa vero alia pars profundiior est, & difficilior, qua iubetur anima, quæ tñ iam in mulierib⁹ pulchra est, agnoscere semetipsam. Qd si obtinere potuerit, speret sibi bona omnia: si minus, sciat exeundū sibi post vestigia gregum, & pascendum hoedos in tabernaculis pastorum alienorū a se. Videam⁹ ergo & incipiamus pro viribus etiam huius partis agnitionem discutere. Dicit per pphe tam sermodiuinū. Illuminate vobis lumen scientiæ. Sed in donis spiritualibus, vnum qd donū maximū est, qd per spiritū sanctū ministratur, sermo sciētiæ: cuius sciētiæ opus illud principale est, quod in euangelio secūdū Matthēū qdem ita dicit. Nemo nouit filiū ni

si pater, neq; patrem q; nouit nisi filius, & cui voluerit fili⁹ reuelare. In Luca autem ita ait, Nemo scit qd sit filius nisi pater: & nemo scit qd sit pater, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Scđm Ioānē vero ita scriptū est. Sicut agnoscit me p̄, & ego agnosco p̄. In q̄dra gesimo vero qnto Psalmo dicit: Vacate, & cognoscite, qm̄ ego sū de⁹. Igit̄ p̄cipiale mun? C Scientiæ est cognoscere trinitatem. Secūdo vero in loco cognoscere creaturā eius, secundū eum q dicebat. Ipse, n. mihi dedit horū q; sunt scientiā veram, substantiā mūdi, & virtutem elemētorū, initiū & finē, & medietatē tēporū & reliqua. Inter hēc ergo animæ erit quedam etiā sui agnitiō, per quā scire debet q; sit eius substantiā, vtrum corporea, vel incorporea, & vtrū simplex, vel ex duobus, aut tribus, an vero ex pluribus cōposita. Sed & iuxta quorūdā quæstiones vtrū facta, an oīino a nullo sit facta: & si facta sit, quomodo sit facta: vtrum ve putant aliq; in semine corporali etiam ipsius substantia cōtinetur, & origo eius pariter cū origine corporis traducit: an perfecta extrinsecus veniens, parato iam & formato inter viscerā muliebria corpore induitur. Et si ita sit, vtrum nuper creata veniat, & tunc primū facta cum corpus videtur esse formatū, vt causa factarū eius animandī corporis necessitas extitisse credatur: an pri⁹, & oīim facta ob alii quam causam ad corpus sumendū venire existimet: & si ex causa aliqua in hoc deduci ereditur, quæ illa sit causa vt agnoscī possit, scientiæ opus est. Sed & illud requiritur, vtrum semel tantū corpore induat, & id postmodū depositū vltra nō querat, an cū semel susceptū deposuerit, iterū assumag; & si secūdo sumptū semp habeat, an aliquādo iterū abiiciat. Et si qdem secūdū auctoritatē scripturā cōsummatio immineat mundi, & corruptibilis status hic in incorruptibile mutabit, ambiguis non videri, q; in p̄sentiis virē statum secūdo aut tertio in corpus venire possit. Nā si recipiatur hoc, necessario sequitur vt huiusmodi successionibus consequentibus finē nesciæ mūdus. Et adhuc agnitionē sui anima regat, si est aliquis ordo, aut sunt aliq; sp̄ritus eiusdē substantiæ cū ipsa, alii vero non eiusdē sed diuersi ab ea: id est si sunt & alii sp̄irit⁹ rationabiles vt ipsa est, & alii carētes ratione, & si eadem est ipsius. quæ & angelorū substatiæ; quoniā rationabile a rationabili nequaq; dif̄ ferre creditur. Aut si nō est quidem talis per substantiam, sed erit talis per gratiā, si meruerit: an nō possit omnino similis effici angelis, nisi hoc naturæ suæ qualitas, aut similitudo.

Origenis

In Lantica cāticozum

recepit. Reddi enim posse videbit qd amissum est, non tamen cōferri id quod ex initio D conditor nō dederit. Sed & hoc adhuc ad cognoscēdā semetipsam anima requirat, si virtus animæ eius accedere potest, & decedere. An est immutabilis, an acquisita semel ultra non defluit. Et quid opus est plura cōmemorare, quibus ex causis semetipsati cognoscat anima, ne forte si neglexerit perfecte semetipsam cognoscere, exire iubeatur in vestigiis gregū, & pascere hœdos, & hoc non in proprio tabernaculo, sed in tabernaculis pastorū, cum præsto sit volenti hēc persequi largissimas occasiones ex his quæ supra memorauimus sumere, in quibus sese exercere in sermone sciētię pro viribus possit? Dicant vero hēc a verbo dei etiam ad animā, quæ in profectibus quādem posita est, nondum tamen ad summū perfectionis ascendit. Quæ pro eo quidem qd proficit pulchra dicitur, ut autem peruenire possit & ad perfectionem, fiat ad eam comminatio necessaria. Qz nisi per ista singula quæ supra dixim⁹ semetipsam cognoverit, & vigilanter exercuerit in verbo dei & lege diuina, continget ei de his singulis opinioneis colligere diuersorum, & sequi homines nihil egregiū, nihil ex spū sancto locutos, hoc est em̄ exire in vestigiis gregum, & eorum doctrinam sectari qui & si ipsi permanerint peccatores, nullum peccantibus remedium prouidere potuerint. Quos qui sequitur, hœdos vtq; qui peccatorum īdīcīum tenent, videbitur pascere, circa cuiens tabernacula pastorum, diuersas scilicet sectas philosophorū. Intuere ergo plenius qd terribile est quod sub hac adumbratur figura. Exi (inquit) tu in vestigiis gregū, quasi ad eam loquitur quæ intus iā sit anima, & intra mysteria collocata: pro eo tamē qd negligat se metipsam cognoscere, & requirere quæ sit, & quid, vel quomodo agere debeat, quidve non agere, dicitur ei, exi tu: quasi quæ ob hēc desideria culpam foras mittatur ab eo qui p̄cessit. Sic ingens anima periculum est scientiā sui agnitionemq; negligere. Sed fortasse quia duplīcem expositionem dedimus agnitionis suę anima, videbitur cuiquam secundum eam quādem quæ de morib; & de actib; suis discutere negligit, & inquirere de profectib; suis, aut perscrutari de vitiis, merito ei dīci, Exi: qd quod videatur quasi de interiorib; foras propelli. Si vero secundū editionem aliā, qua diximus qd naturam, substantiamq; suam agnoscere debeat, & statū, vel in quo fuerit, vel in quo erit, graue credetur. Quæ enim facile talis anima inuenietur, ita perfecta, ita p̄potens

cui horum omnium ratiō, & intelligentiā patet? Ad hoc respondebimus, quoniam sermo qui habetur in manib; nō ad omnes animas fit, neq; ad adolescentulas qb⁹ hic loquit sponsus, neq; ad ceteras mulieres, neq; ad octoginta concubinas, aut sexaginta reginas, sed ad illam, quæ inter omnes mulieres sola pulchra dicitur, & perfecta. Unde apparet ad dilectas quasq; animas hēc dici, quib⁹ cū gratia multa sentiendi, & intelligendi a deo data fit, negligunt tamen scientię partes, & cognoscendi semetipsas nullum adhibent studium. His ergo comminatur sermo diuinus: quia qbus multū datū, multū ex eis exigitur. Et humiliis quidē, & venia & misericordia dignus erit, potentes autem potenter cruciabuntur. Si ergo & tu anima quæ pulchrior es, & eminentior inter ceteras (verbī gratia) doctrinis negligas remetipsam, & in ignorantia tui manus, quomodo poterunt vel hī qui adificari desiderant, instrui, vel conuinci, & argui contradicentes? Digne ergo cum comminatione quadam ad eam dicitur. Exi tu in vestigiis gregum, & pasce hœdos tuos in tabernaculis pastorum. Potest ad hoc trahi etiam illud quod Moyses scribit. Qz siqua Israelitica mulier adulterauerit, lapidetur. Si vero filia sacerdotis, ignibus exuratur. Sic ergo iusta vindicta esse comminatio in eos, qd capaces esse possunt ad agnitionem, & scientiam, sed per desidiam negligunt. in quos iustissima indignatio sponsi est, qd ynius negligentiam cedere ad damna multorum. Similis enim vindicta huiusmodi anima, vel illi qui acceptum denarium abscondit in terram, ne lucrī aliquid ex eo pecunia dominus acquireret: vel illi quem occidisse dicitur deus, quia malign⁹ erat. Onā vel Her scilicet, qd accepta semina scientiæ naturalis posteritati inuidēs p fundebat in terrā. Pastores quoq; (sicut & ante iam diximus) si quidem ad ecclesiāi comminationis hic sermo fit, mūdi huius principes accipiēdi sunt, vel illi angeli, sub quorum cura reliquæ gentes habentur, siue sorte in hoc, siue secretioribus causis quibusdam se ducte. Si vero ad vnamquāq; animam comminatio ista referatur, quæ semetipsam negligit agnoscere, sapientes & magistri huius seculi intelligendi sunt, docentes sapientiam huius mundi: vt in summa hoc intelligatur, qd necesse est animam, eam præcipue quæ bona, & pulchra est sensibus, & ingenio vigilans, cognoscere semetipsam, & dare operam ad agnitionem sui per exercitia doctrinę, & studia diuina, ac per hoc agi spiritu dei, & spiritu adō

Homilia. II.

ptionis. Aut si talis hæc anima semetipsam neglexerit, & a diuinis studiis declinauerit, necesse est eam operam dare studiis mundanis, & sapientiae seculi, & agi spiritu mundi huius iterum in timore. Quod designat Apostolus cum dicit. Nos autem nō spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui est ex deo. Et iterum. Nō accepistis enim iterum in timore spiritum seruituris, sed spiritum acceptis adoptionis, in quo clamamus Abba patrem. Hæc interim nobis de præsentí loco occurrere potuerunt, nunc iam conuertamur ad consequentia. Equitatui meo in curribus Pharaonis similem te arbitratus sum proxima mea. Historicus quidem sensus hoc videtur ostendere. Sicut (inquit) tunc in Aegypto cum Pharaon persequens populū Israel processit in curribus, & equitatu: & me⁹ hoc est domini mei sponsi equitatus longe precellebat currus Pharaonis, & præsterior erat, ut pote q̄ illos supauerit, & in mare demerserit: ita & tu proxima mea, sponsa præcellis omnes mulieres similis effecta equitatui meo, q̄ Pharaonis curribus comparatus, potentior vtiq̄ ē & magnificerior. Hic steri mihi videt eē ordo sermonū ipsorum, verborūq̄ directio. Videamus autem ne forte secundum intelligentiam mysticam animas quæ sunt sub illo spirituali Pharaone, & sub spiritualibus nequitiis positę, currus dicat esse Pharaonis, & quadrigas eius, quas ipse agit, & ducit ad persequendum populum dei, & ad opprimendum Israēl. Certum enim est quia tentationes, & tribulationes quas excitant dæmones sanctis, per animas aliquas excitant ad hoc ipsum aptas, & conuenientes. Quibus tāq̄ curribus ascensi exagitant, & impugnant, vel ecclesiā dei, vel singulos quosq̄ fidelium. De equitatu vero domini qui sit eius iste equitatus, in Exodo quidem vbi superantur currus Pharaonis & demergunt in mare, nihil legimus scriptum nisi tātum q̄ dominus currus Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare rubrum. Inuenimus tamen in quarto Regnorū libro, q̄ Helisæus de aduentu hostium qui cū equitatu, & curribus venerat, formidati pueri suo dicit. Ne timeas, quoniam plures sunt nobiscum q̄ cum illis. Et orauit (inquit) Helisæus, & dixit. Domine aperi oculos pueri huius ut videat. Et aperuit dominus oculos ei⁹, & vidit. Et ecce mons plenus equitib⁹ erat, & currus ignei in circuitu Helisæi, qui descendebant ad eum. Sed & in prophetā Habacuc manifeste & evidenter legimus de equitatu dñi, & q̄ ascendat equos suos. Sunt ergo scripturæ

fo. LXXXIII.

verba hæc. Nungd in fluminibus irasceris domine, aut in fluminib⁹ furor tuus, aut in mari rubro impetus tuus? qui ascendes equos tuos, & equitatus tuus salus. Sunt ergo equi dñi, quibus ascendit, & equitatus eius. Quos ego non alios esse puto q̄ illas animas quę frēnum disciplinę eius accipiunt, & iugum portant suavitatis eius, & quę spiritu dei agunt, & in hoc est eis salus. In reuelatione Ioānis legimus, q̄ apparuit ei equus, & sedes super eū quidam fidelis, & verus, & cum iustitia iudicans, cuius nomē est verbum dei. Ait ergo. Et vidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabat fidelis, & verus, & cum iustitia iudicans, & pugnans, & oculi eius sicut flama ignis, & sup caput eius diademata multa habētia nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse, & adopertus erat vestimento sanguine consperso, & vocabatur nomen eius verbum Dei. Et exercitus eius erat in cælo, & sequebatur eum in equis albīs, induiti byssino albo puro. Sed opus est gratia dei, quæ horum nobis aperiat intellectum, quo possimus aduertere quid iste indicent visiones, q̄ sit equus albus, & qui sit qui sedet super eum, cuius nomē est verbum dei. Et forte quidem dicet aliquis albū esse equū corpus quod assumpit dominus, & quo ille qui in principio erat apud deum Deus verbum, vel vestitus, vel vectus est. Alius autem animam dicit, quam assumpit primogenit⁹ omnis creature, & de qua dicebat, Potestatē habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Alius vero vtrung⁹ simul corpus atq̄ animam, quasi vbi peccatum non fuerit, equum dīci albū possebit. Alius adhuc quarto loco ecclesiam dicit, quę & corpus ei⁹ nominatur, album videri equū, quasi non habentem maculam, aut rugam, quam sibi ipse sanctificauit lauacro aquæ. Secundū hæc autem singula etiā illa accipiet quę sequuntur, militiam cæli, & exercitum verbi dei, & quomodo singuli quiq̄ eorum sequentes verbum dei equis albīs sedeant, & byssinis albīs induant, & mūdis. Huic ergo equo albo quo ipse vehitur qui verbū dei appellatur, vel huic equitatu cœlesti qui eum sequitur in albīs nihilominus equis, comparat, & similem facit Christ⁹ ecclesiam suam. In currib⁹ autem Pharaonis, vel ita possum⁹ accipere, ut quātum hic dñi equitatus equitatum & currus Pharaonis euincit, & præcellit, tantum tu quę pulchrit̄as in mulieribus, præcellis, & euincis omnes reliquias animas, q̄ adhuc iugū Pharaonis portant, et sessores eius patiuntur, vel certe q̄

equitatus h̄c meus, qui lauacro aquae misera-
tus, purus, & candidus factus est, & verbū dei
meruit habere sessorē, ex curribus assumptus
est Pharaonis. Inde eñ oēs veniūt credētes qā
Christus venit in hūc mundū peccatores sal-
uos facere. Hoc ergo mō potest explanari ver-
sūlī huius sensus. Equitatuī meo qui fuit an-
te in currib⁹ Pharaonis, & nūc sequitur me ī
equis albīs purificatus in lauacro aque, simile
te arbitror proxima mea. Beat⁹ ergo sunt illę
animę quæ dorsum suum curuauerūt vt sus-
cipiant sessorēm verbum dei super se, & frēna
eius patiunt̄, vt quocunq; ip̄e voluerit flectat
eas, & agat habenis p̄ceptoruī suorū: quia iam
non propria volūtate incedūt, sed ad oīa du-
cuntur, & reducuntur voluntate sessoris. Et
fortassis videbitur secūdum hoc q̄ ex multis
animabus congregata est ecclesia, & exemplū
vitę accepit a Christo, q̄ non tam ab ipsa dei
tate verbi dei acceperit, quæ vtq; supeminet
eos actus, vel affectus, qui ad exēplū dari ho-
mīnibus debeāt, sed illa anima quę assumpta
est ab eo, in qua fuit summa pfectio, illa sit ad
exemplū posita, & ip̄a dicat h̄ic, p̄xīma mea:
cuīs similitudinē habere debeat etiam ec-
clesia, quę ex multis congregatur animabus,
illīs scilicet quę prius fuerāt sub iugo, & cur-
ribus Pharaonis, & equitatus domini appellā-
tur. Quæ autem ex duabus expositio conue-
nit̄ magis proposito versiculo videatur, pro
babīs etiā tu qui legis. Qz speciosę facta sunt
genā tuę tanq; turturis, ceruix tua sicut redi-
micula. Ordo dramatis huiusmodi videtur
habere consequentiā, q̄ postea q̄ austriore
v̄sus est comminatione sponsus ad sponsam,
protestatus ei q̄ nō cognosceret semetip̄lam
exitura esset in vestigiis gregum, & pasceret
non oues, sed hōdōs, erubuerit super austre-
ritate p̄cepti, sed & rubor verecundiæ dif-
fusus in vultu speciosas effecerit genas ei⁹, &
multo q̄ fuerant pulchriores: non solum au-
tem genę, sed & ceruix eius rā decora sit redi-
cta, quasi moniliū redimiculūs adornata.
Pulchritudo ergo genarum turturib⁹ com-
paratur, q̄ per huiusmodi aues simul hone-
stas vultus & alacritas indicetur. Hæc est hi-
storici dramatis explanatio. Sed veniamus ad
tem. Paulus apostolus scribens ad ecclesiam
Corinthiorum ita ait. Corpus autem non est
membrum vnum, sed multa: Et si dixerit pes
quia nō sum manus, non sum de corpore, nō
propterea nō est de corpore: & si dixerit auri-
cula, qā nō sū oculus, nō sum de corpore, nō
propterea nō est de corpore. Si totum corpus
est oculus, ybi est auditus: si totum auditus,

vbi odoratus! Nunc autem deus posuit vnū
quodq; mēbrū in corpore sicut voluit. Et cū
plura de hoc disputasset, advl̄timū dicit. Vos
autem estis corpus Christi & membra ex par-
te. Et iterum ad Ephesios scribens dicit. Sub-
iecti inuicem in timore Christi. Mulieres vi-
ris suis subiectæ sint sicut domino: quia vir-
caput est mulieris, sicut & Christus est caput
ecclesiæ, ip̄e Saluator corporis. Sed sicut ecclē-
sia subiecta est Christo, ita & mulieres viris
suis in omnibus. Viri diligite vxores vestras,
sicut & Christus dilexit ecclēsiam suam, & se-
metipsum tradidit pro ea, vt eam sanctifica-
ret lauacro aquae in verbo, vt ip̄se sibi prepa-
ret gloriosam ecclēsiam non habentem macu-
lam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed
vt esset sancta, & immaculata. Et post pauca,
Nemo, inquit, enim aliquādo carnem suam
odio habuit, sed nutrit, & fouet eam sicut &
Christus ecclēsiam, quia membra sumus cor-
poris ei⁹, & reliqua. Per h̄ec ergo edocemur,
quomodo spōsa Christi quę est ecclēsia, etiam
sit corpus eius & membra. Si ergo audias spō-
si membra nominari, ecclēsiae membra dici in-
tellige. In quibus sicut sunt aliqui qui dicun-
tur oculi, pro intelligentiæ fine dubio ac sciē-
tiæ lumine, & alii aures pro audiendo verbo
doctrinæ, alii manus pro bonis operibus, reli-
giosisq; ministeriis, ita sunt alii & qui genā
eius appellantur. Genæ autem partes vultus
dicuntur, in quibus honestas, & verecundia
animæ agnoscitur: per quod sine dubio illi in
membris ecclēsiae declarantur, qui castitatis
& pudicitiæ excolunt honestatem. Pro his er-
go ad omne corpus sponsæ dicitur, q̄ specio-
sa facta sunt genā tuæ. Et obserua quia non
dixit, q̄ speciosæ sunt genā tuæ: sed q̄ spe-
ciosæ factæ sunt: vt ostendat prius quidem
non eas ita fuisse speciosas, sed postea q̄
suscepit oscula sponsi, & ip̄se qui loqueba-
tur per prophetas prius affuit, & mundauit
sibi ip̄si ecclēsiam suam lauacro aquae, & fe-
cit eam non habere maculam aut rugam, &
agnitionem sui præstitit ei, tunc factæ sunt
speciosæ genā eius. Tunc enim castitas, & pu-
dicitia, & virginitas quæ prius nō fuerat, per
ecclēsię genas speciosa decore diffusa est. Quę
tamen genarū species, id est pudicitiæ, & ca-
stitatis, turturib⁹ comparatur. Turturum
ferunt huiusmodi naturam esse, vt neq; mas-
culus præter vnam feminam adeat aliam,
nec feminā plus q̄ vnū patiatur matrem: ita
vt si accidat altero intercepto superesse alte-
rum, pariter cum coniuge extinctus sit ei con-
cubitus amor. Conuenienter ergo similitudo

turturis aptas ecclesias, q vel alteri⁹ viri post Christū cōiugij nesciat, v̄l q cōtinētię, & pū dicitia in ea rāq turturū volitet multitudo. Secūdū hāc intelligētiā etiā ceruicem sponsæ

Accipiamus. Quæ sine dubio illæ intelligi debent animæ, quæ Christi iugum suscipiunt dicitis, Suscipite super vos iugum meum, quia iugum meum suave est. Obediētia ergo eius ceruices eius appellantur. Ceruix ergo ei⁹ speciosa facta ē sicut redimicula. & merito. Quā enim prius præuaricationis inobedientia turpem fecerat, nunc obedientia fidei speciosam fecit & pulchrā. Ceruix ergo tua speciosa facta est sicut redimicula. Ad vtrūq enī subauditur, speciosa facta est. Redimicula hīc dicit constrictiones, vel connexiones moniliū, quæ in ceruicibus sedere solent, ex quib⁹ deducitur, & descendit per omne collum reliquus ornatus. Ipsi ergo ornamēto qđ ceruicibus et collo imponi solet, ceruicē sponsæ cōparauit. Quod dictum ita aduertimus. Ceruicem diximus subiectionem, & obedientiam dici, pro eo q̄ quasi iugum Christi suscipiat, & fidei eius obedientiam præbeat. Ornamen tu ergo ceruicis ei⁹ quę est obedientia, Christ⁹ est. Ipse enim prior factus est obedientis usq; ad mortem: & sicut per vnius, Adæ scilicet, inobedientiā peccatores constituti sunt multi, ita & per vnius obedientiam, Christi duntaxat, iusti constituent multi. Ornamentum ergo, & monile ceruicis ecclesiæ, obedientia Christi cist. Sed & ceruix ecclesiæ, id est obedientia eius, similis effecta est obedientia Christi, qđ est monile ceruicis. Magna ergo in hoc laus sponsæ est, magna ecclesiæ gloria, vbi imitatio obedientiæ ei⁹ exequat obedientię Christi, quā imitatur ecclesia. Hęc ipsa species monilis eti am in Genesi memorat a Iuda patriarcha Thamar nurui suæ, qñ cum ea quasi cum meretri ce concubuit, data. Qđ nō omib; patet mysterium. Intelligitur per hoc, q Christus ecclesiæ, quā ex multorum dogmatū p̄stitutione collegerat, futuræ perfectionis hāc dedit p̄gnora, & istud obedientiæ monile ceruicis eius

Biposuit. Similitudines auri faciem⁹ tibi cū distinctionibus argenti, quoadusq; rex sit in re cubitu suo. Supra diximus q̄ specie drama tis libellus hīc ordinatus personarū immutatione contextur: & nunc ergo videntur hāc amicī vel sodales spōsi ad spōsam locuti, qui secundum intelligentiam mysticam, & vt supra iā diximus, aut angelī, vel etiā prophetę, aut patriarchæ possunt intelligi. Non enim tunc solum cum post baptismum Ioannis in deserto tentatus est a diabolo dominus, accel

serunt angeli, & ministrauerūt ei, sed ante aduentum præsentia corporalis ministrauerūt semper. Nam & lex disposita in manu per angelos dicitur mediatoris. Et ad Hebreos scribens apostolus dicit. Si enim qui per angelos habitus est, sermo factus est firmus. Ipsi ergo erant velut auctores, & procuratores appositi parułae sponsæ cum p̄dagogo lege, donec plenitudo temporū veniret, & mitteret de⁹ filium suū natū ex muliere, factum sub lege, & adduceret eā sub auctoribus, & procuratoribus, & p̄dagogo lege, vt ipsi⁹ verbī dei oscula, doctrinam scilicet, verbaq; suscipieret. Ante ergo tempus horū adesset, in multis angelorum ministerio excolebatur sponsa, q̄ apparebant tunc hominibus, & loquebantur ea quę res poscebat & tempus. Non em tu mihi ex aduentu Saluatoris in carne spōsam dīci, aut ecclesiam putes, sed ab initio humani generis, & ab ipsa constitutione mundi. Immo vt Paulo duce altius mysterii huius originē repetā, ante etiā cōstitutionē mundi. Sic em dīcit ipse. Sicut elegit nos in Christo ante cōstitutionē mundi, vt essemus sancti, & immaculati coram ipso in charitate, prædestinās nos in adoptionē filiorū. Sed & in Psalmis scribit. Memento cōgregationis tuę dñe, quā cōgregasti ab initio. Prima etem fundarenta congregationis ecclesiæ statim ab initio sunt posita. Vnde & Apostolus dicit ex dilectione ecclesiā nō solū sup apostolorū fundāmentū, sed etiā prophetarū. Inter prophetas aut̄ numerat & Adam, q̄a magnum mysterium p̄phetauit in Christo & in ecclesia, dicens. Propter hoc relinquet homo patrē suū, & matrē suā, & adh̄erebit vxori sue, et erūt ambo in carne una. Evidenter em de his dictis eius dicit Apostolus, q̄a mysterium hoc magnū sit. Ego aut̄ dico in Christo, et in ecclesia. Sed et idē Apostolus cū dicit. Sic em ecclesiā dilexit, vt semet ipsum traderet p̄ ea sanctificās lauacro aquę, nō utq; ostendit eam prius nō fuisse, quoniam em dilexisset eā quę non erat! Sed eā sine dubio dilexit, quę erat. Erat autem in omib; sanctis q̄ ab initio seculi fuerunt facti. Diligēs igitur eam, venit ad eam. Et sicut pueri sui comunicauerūt carni, et sanguini, similiter et ipse particeps factus est eorūdē, ac semetipm p̄ eis tradidit. Ipsi em erat ecclesia quā dilexit, vt eā vel numerositate augeret, vel virtutib; excoletet, vel perfectionis charitate de terris transferret ad celum. Ministrauerunt ergo et prophetę ab initio, ministrauerunt et angelī. Quid em aliud siebat tunc cum apparuerūt tres viri Abralij sedenti ad quercū Mambre;

Origenis

Licet illa angelorū species plus aliquid q̄ angelicum ostenderit ministerium: nam trinitatis ibi mysterium prodebatur. Hoc erat & in Exodo, cum angelus domini dicitur in flamma ignis apparuisse Moysi in rubo. Continuo autem in subsequentibus dominus & deus loqui in angelo scribitur, & ipse deus esse Abraham, & deus Isaac, & deus Jacob designatur. Quod quidam hæreticorum legētes dixerūt, Deum legis, & prophetarum longe inferiorē esse q̄ Iesum Christum, & spiritum sanctum: & eosq; impietatem suam pertenderunt, ut plenitudinem quidem in Christo ponant, & in spiritu sancto, imperfectionem vero, & infirmitatem in deo legis. Sed hæc alias. Nunc autem nobis propositum est ostendere, quomodo sancti angeli qui ante aduentū Christi velut parvulæ adhuc sponsæ tutelā procurabāt, ipsi sint amici & sodales sponsi, qui ad eā di-

D cere videantur. Faciamus tibi similitudines auricūm distinctionibus argentī, usquequo rex sit in recubitu suo. Indicant ergo q̄ ipsi faciat sponsæ non aurum (neq; enim habebant tale aurum quale dignum erat offerri sponsæ) sed pro auro similitudines auri se facere promittunt, & nō vnam similitudinem, sed multas. Ita etiam dicunt de argento, sed quasi habentes licet paruam argenti materiam, promittunt se ei facere nō similitudines, sed distinctiones argenti, utpote quibus non tanta abundaret argenti materia, ut connexum aliquid, & solidum opus ex eo producere possent, sed distinctiones solas, ac signa quedam parua velut pūcta intersererent illi operi, qd ei ex auri similitudine faciebant. Hęc ergo amici sponsi, illi de quibus supra dixim⁹, sponsæ faciunt ornatæ. Sed quid in his secreti continetur, & quid elocutionis nouitas ipsa parturiat, omnipotētis verbū, ac sponsi patrem p̄cemur, ut ipse nobis arcani hui⁹ claustra patefaciat, quo possimus non solum ad intelligenda hęc illuminaři, verū etiam ad proferenda, ac secundū mensuram eorum, qui lecturi sunt, moderationē eloquii spiritualis accipere. Auri specie in multis sape ostendimus figuram tenere inuisibilis, & incorporeæ naturæ: Argentum vero virtutem verbi, ac rationis: secundū quod & dominus dicit per prophetam. Dedi vobis argentum, & aurum: vos autem fecistis argentea, & aurea Baalim. ostendens per hæc, & dicens, quia dedi vobis sensum & rationem, quem deum & sentire possetis, & colere: vos autem & sensum, & rationē quæ in vobis est, ad colenda dēmonia transtulistis. Sed & eloquia domini, eloquia casta, argentum igne proba-

In Lantica canticoꝝ

rum dicit. Et itē in aliis argētū ignitum iusti lingua memoratur. Cherubim vero aurea dicuntur, quoniamquidem plenitudo scientiæ dei interpretantur. Sed & candelabrum in tabernaculo testimonii aureum, & solidum ponī iubebatur: quod mihi videtur formā teneare naturalis legis, in qua lex scientiæ habetur. Sed quid opus est multa congregare testimonia, cum in promptu sit scire volētib⁹ in multis scripturę locis hoc indicari, q̄ aurū ad sensum, mentemq; reuocetur, argentum vero ad verbum, atq; eloquia referat! Nūc ergo proponemus ad contemplandum quomodo secundū ea quæ præmissimus, amici sponsi dicant se similitudines auri facere sponsæ cum distinctionibus argentī. Videtur ergo mihi q̄ lex q̄ per angelos disposita est in manu mediatoris, quā doquidem umbram habeat futurorū bonorū non ipsam imaginem rerum, & quæcumq; contingebat illis qui in lege referuntur, in figura, & nō in veritate contingebant, ista omnia similitudines auri fuerunt, non aurum verū. Qz scilicet aurum verum in illis quæ incorporea sunt, & inuisibilia, ac spiritualia intelligat: similitudo vero auri in quo non est ipsa veritas sed umbra veritatis, ista corporea & visibilia accipiuntur. Verbi gratia, similitudo aurī fuit istud tabernaculum manu factū, de quo dicit Apostolus. Non enim manu facta ista in troiuit Iesus exemplaria verorū, sed in ipsum cælum. Ergo quæ in cælis sunt inuisibilia & incorporea, illa sunt vera: ista autem quæ in terris sunt visibilia, & corporea, exemplaria verorum dicuntur esse non vera. Ista ergo sunt quæ similitudines auri appellantur: in quibus est & arca testamēti, & propitiatoriū, & Cherubim, & altare incēsi, & mēsa propositionis, & panes, sed & velamen, & columbæ, ac seræ, & altare holocaustorum, & ipsum templum, atq; omnia quæ in lege scripta sunt. Omnia hæc similitudines erāt auri. Sed & ipsum aurum visibile, pro eo q̄ visibile erat, non erat aurum verum, sed similitudo erat illius veri auri inuisibilis. Istan ergo similitudines auri fecerunt sponsæ ecclesiæ sponsi amici, angelii videlicet, & prophetæ, qui ministraverūt in lege, cæterisq; mysteriis. Hęc (Opinor) & Paulus intelligens dicebat, In religione angelorum, in his quæ videt frustra inflatus sensu carnis suæ. Omnis ergo iudaicus cultus & religio, similitudines sunt auri. Cum autem conuersus fuerit quis ad dominum, & ablatum fuerit ab eo velamen, tunc videbit aurum verum, cuius auri anteq; adesse & cognoscendum se praberet, similitudines

fecerunt sponsē amīci eius, vt ex illis similitū dinibus cōmōnita & puocata, veri aurī desi- deriū caperet. Hoc em̄ factū indīcat Paul⁹, cū dicit. Hæc autem in figura cōtingebant illis. Scripta autem sunt propter nos, in quos finis seculorum deuenit. Sed & finem quem dicit Paulus, non intelligas corporalem. Finis em̄ corporalis multos inueniet p̄ quib⁹ nō sunt scripta hēc: neq; enim huiusmodi de his reci- pient intellectū. Sed finem seculorū, perfectio nem rerum intellige, quæ vtq; Paulo, & simi- libus eius aduenisse, & ppter ip̄os scripta hēc esse dicuntur. Sed hēc in excursu diximus vo- lentes ostendere quomodo amīci sponsi dicāt ad sponsam facere se ei similitudines aurī cū distinctionib⁹ argenti, per ea scilicet quæ in lege, & prophetis per figurās, & imagines, & similitudines, & parabolas, scripta tradideāt.

A Sunt tamē in his & parue quædam distinctiones argēti, indicia scilicet sensus sp̄iritualis verbi, & interpretationis rationabilis, licet & valde rara, & exigua. Ante aduentum nang⁹ domini vix sicubí prophetarum aliquis pa- rum quid occulti sermōis aperuit: verbi gra- tia, vt Esaías cū dicit: Vinea domini Sabaoth domus Israel est, & domus Iuda nouella dilecta. Et iterum alibi, Aquæ multæ, gentes mul- tæ sunt. Et Ezechiel noīans duas sorores Ool lam & Oolibā, aliam Samariā distinguit esse, & aliam Iudæam. & sicubi talia quædam ip̄is prophetis interpretantibus aperiātur, istæ di-

B stinctiones argenti dicuntur. Vbi vero Salua- tor, & dominus noster Iesu Christ⁹ aduenit nota faciens omnia verbo virtutis suę, in pas- sione ei⁹ indicium datum est, q; ea quæ in abs- conditis tenebantur, & arcana erant, in lucē proferrentur, & ad manifestationem venirent per hoc q; velum templi quo sancta sancto- rum & arcana velabantur, scissum est desur- sum eius vsq; deorsum, palam fore denun- cians om̄ibus, quod intrinsecus videbatur ob- tectum. Sic ergo illud quod per angelos & pa- phetas ministratum est, similitudo aurī fuit cum distinctionib⁹ paruis & exiguis argen- ti. Hæc autem quæ per ipsum dominum no- strum Iesum Christum tradita sunt, in auro vero, & argento solido collocata sunt. Hæc enim quæ per amīcos sponsi facta est similitu- do aurī, cum distinctionib⁹ argenti, non in sempiternum mansura promittitur, sed tem- pus ei statuitur ab illis ip̄is dicētibus, vsque . . .

C quo rex sit in recubitu suo. Cum em̄ recubās dormierit vt leo, & vt catulus leonis, & post hæc suscitauerit eum pater, & resurrexerit e mortuis, si qui fuerint conformes resurrectio-

nis eius, iam non in similitudine aurī, id est non in rerum corporalium cultu manebunt, sed aurum verum ab ipsis percipient, creden- tes & sperantes non ea quæ videntur, sed quæ non videntur, nec quæ in terris sunt, sed quæ in celis, vbi Christus est in dextera Dei sedēs, & dicent. Quia & si cognouimus Christum aliquando secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. Non ergo iam distinctionibus paruis argenti, sed in latitudinem diffuso vtē tur argento. Audient enim, q; in illa aurī si- militudine petra quæ sequi dicitur, & potum populo præbere, Christus est, & mare bapti- simus est, & nubes sp̄iritus sanctus est, & man- na verbum Dei est, & agnus paschæ Saluator est, & sanguis agni, passio Christi est, & ve- lum quod est in sanctis sanctorum, quo diuina illa & arcana regebantur, caro eius est: ali- ags innumera ex eius resurrectione patebūt, nō iam parua vt prius distinctione, sed latissima expositione patefacta. Adhuc autem vt clari⁹ fiat quod dicit, Vsquequo rex sit in re cubitu suo, etiam de secunda Balaam pphe- tia quæ de Christo ita continet, proferemus. Orietur (inqt) stella ex Iacob, & exierit homo de semine eius, & dominabitur gentibus mul- tis. Exaltabitur Gog regnum eius, & crescat regnum eius. Deus educet eum ex Aegypto sicut gloria vnicornis, & comedet gentes inī- micorum suorum, & crassitudines eorū eme- dullabit, & iaculis suis sagittabit eos. Recum- bens vt leo requiescerit, & sicut catulus leonis; Quis suscitabit eum? Considera ergo & ex his diligentius, & vide quomodo omnis simi- litudo aurī vsq; ad extreum tempus, ad re- cubitum regis scilicet, stare memoratur. Post hæc ergo exaltabitur Gog, id est super tecta, regnum eius, cum videlicet de terris ad cæ- lestia fuerit tecta translatum. Sed de his ple- nius prout domin⁹ dedit, in Numerorum li- bro prosecuti sumus. Requiram⁹ sane si etiā sanctis patribus ip̄is & prophetis qui mini- strauerunt verbum ante aduentum domini nostri Iesu Christi, perfectionis huius, veriq; aurī gratia data sit, an tantum futura hæc in- tellexerint, & in spiritu ventura præuiderint, atq; ob hoc solum dixerit dominus de Abra- ham, q; a desiderauerit videre diem eius, & vi- derit, & latatus sit, q; scilicet in spiritu futu- ra præuiderit. Et magis fortasse hoc ita esse etiā ille sermo cōfirms, qui ait. Multi iusti deside- rauerunt videre quæ videtis, & nō viderūt; & audire quæ auditis, & non audierunt. Qz- uis nec illis potuerit defuisse perfectio veniēs ex fide. Quæ enim nos facta credimus, hēc illi

Origenis

maiore cū expectatiōe futura credebāt. Sicut ergo ex adūctu Christi credētes p̄teritorū fides, ita & illos futuroꝝ ad summā p̄fectionis adduxit. Qz si ad vñāquāꝝ animā referat expositio, videbitur q̄ donec paruula est adhuc anima, & imperfecta, & sub tutorib⁹ & procuratorib⁹ posita, siue doctorib⁹ ecclesiæ, siue angelis, qui paruolorū custodes esse dicuntur, & videre semper faciē patris qui in celis est, si mīlitūdīnes auri fiunt ei, cū nō solidis & forti bus alītūr verbi Dei cibis, sed similitudinib⁹ imbuitur, velut si dicamus parabolis, & exemplis docetur, pro quib⁹ & ipse Christus dicit ætate crescere, & sapientia, & gratia apud deū, & hoſes. In illis ergo similitudinibus imbuit, & fiunt ei paruulæ distinctiones argenti. Aperiunt em̄ interdū & his q̄ imbūunt parua aliqua & rara de secretorib⁹ mysteriis, vt desiderium concipient majorū. Neq; em̄ desiderari qd̄ potest si penitus ignoret. Et ideo incipie tibus, & primis in eruditōnibus positis, sicut nō sunt ad subitū cuncta pādenda, ita neq; penitus abscondenda sunt spiritualia mysteria, sed vt ait sermo diuin⁹, faciēdē sunt eis distinctiones argenti, & scintillæ quadam spiritualis intelligentiæ animis eorum initiandæ sunt, vt gustuui quodāmodo desiderandē dulcedinis sumant, ne vt diximus si penitus ignoret, nec omnino desideretur. Verum q̄ paruulā nomi namus animam, nemo ita accipiat quasi secū dum substantiā paruula dicat; sed si cui deest eruditio, & in qua est exigū intell. ac, & minima peritia, hanc paruulan dicimus animā. Igītū hēc fieri cōuenit vsquequo rex sit i recubitu suo, id est vsquequo i id p̄ficiat huius modi anima, vt capiat regem, & habeat recubentem in sc̄met ipsa. Sic enim dicit hic rex. Quia habitabo in eis, & in ambulabo in eis, perfecto qui tātā verbo dei cordis sui latitudinē præbent, vt etiam in eis deambulare dicatur, spatiis scilicet ampliorib⁹ intelligentiæ, agnitionisq; diffusioris. Ita ergo & recubare dicitur in anima illa sine dubio, de qua ipse dominus dicit per prophetam. Sup quem requiescam, nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones incoſ. Habet ergo rex iste qui est sermo dei, in illa anima quē iam ad perfectum venerit, recubitum suum: si tamen nō sit in ea aliquā virtutū, sed plena sit sanctitate, pœna pietate, fide, charitate, pace, oībusq; virtutib⁹. Tūc. n. delectat in ea recubare regē, & habere recubitum. Ad hāc enim animam dominus dicebat. Quia ego & pater meus veniemus, & coenabimur cum eo, & mansionem faciemus apud eum. Vbi ergo coenat Christus

In Lantica canticorū

cum patre, & vbi mansionē facit, quidni recubit! Beata illius latitudo animæ, beata strata illius mentis, vbi pater, & filius vt nō dubito) vna cum spiritu sancto recumbit, coenat, & mansionē facit. Quibus putas opibus, quibus copiis tales cōuiuæ pascunt! Pax vbi prius cibus est, humilitas simul apponitur, ac patientia, mansuetudo quoq; & lenitas, & qd̄ summæ ei suavitatis est, puritas cordis. Charitas autē in hoc cōuiuio principale obtinet locū. Tali ergo modo etiam tertia expositiōe ad vñāquāꝝ animā referri posse videbit, qd̄ ait. Similitudines auri faciemus tibi cū distinctionib⁹ argēti, quoadusq; rex sit in recubitu G suo. Nardus mea dedit odore suū, siue odorem eius. In specie dramatis videtur hoc ostēdi, q̄ post hēc verba ingressa sit sponsi ad spōsum, & vnguētis suis vñxerit eū, ac mīro quodam genere, quasi nardus quē prius odorem non dederat cum esset apud sponsam, tūc de derit odorem suum, cū corpus contigit sponsi, vt nō tam ille ex nardo odorem, q̄ nardus ex ipso sumpsiſe videatur. Si vero secundum hanc differentiam quæ in aliis inuenitur exēplarib⁹ legimus, Nardus mea dedit odore eius, inuenit adhuc aliquid diuinius, vt videatur vnguētū hoc nardi quo vñctus est spōsus, nō tātū suū q̄ Nardo inesse naturaliter solet, sed ipsius spōū odore ceperit, & ipsi⁹ odorem ad sponsam reportauerit Nardus, vt in eo quo vñxit eū, odore spōsi p̄ ipsius vnguētū munus acceperit, & hoc sit qd̄ dicere videat: Nardus mea qua vñxi sponsū, regressa ad me, odorem mihi detulit spōsi, & velut superato naturali suo odore, p̄ fragrātia sponsi ipsi⁹ mihi detulit suavitatem. Hēc habet historici dramatis explanatio. Sed veniamus iā nunc ad intelligentiā spirituali. Ponamus hīc spōsam ecclesiam in persona Marī, quæ decēter vtiꝝ dicitur afferre librā vnguenti Nardi pīstici preciosi, & vngere pedes Iesu, & detergere capillis suis, & recipere quodammodo, ac recuperare per crīnem capitī sui ad semet ipsam vnguentū ex qualitate ac virtute corporis eius infectum, & odorem non tam Nardi per vnguentum, q̄ ipsius verbi dei ad se trahentem p̄ capillos quibus abstergebat pedes, & imposuit capitī suo non tā Nardi, q̄ Christi fragrantiam: & dicere, quia Nardus mea missa in corpus Christi reddit mihi odorem eius. Deniq; vide quomodo hēc ipsa referuntur. Maria (inquit) attulit libram vnguenti Nardi pīstici pīciosi, & vñxit pedes Iesu, & extersit capillis capitī sui. Domus aut (inquit) tota repleta est odore vnguenti. Quod vtiꝝ

indicit, qd odor doctrinæ q pcedit de Christo & sancti sp̄i fragratiæ, replete oem mundi hui⁹ domū, ac toti⁹ ecclesiæ domū. Vel certe replete oem domū aie illi⁹, qd odoris Christi suscepit pticipiū, offerēs primo fidei suæ munus, velut vnguētū nardi, & recipiens ex hoc gratiā sp̄i sancti, & spiritalis doctrinæ fragratiā. Quid ergo iterest, vtrū in cātico cāticorū sp̄osa pungat vnguētō sp̄osum, an in euāgelio dīscipula magistrū, & Maria Christū, sperans (vt dixim⁹) redire ad se ex hoc vnguēto odo re verbi, & fragratiā Christi: vt eo ipso dīcat, Christi bon⁹ odor sum⁹ deo! Et qm plenū fide fuit istd vnguētū, & p̄ciosi effect⁹, ob hoc & Iesu testimoniū reddidit ei dīces. Bonum opus opata est in me. Sic ergo rursus in Cātico cāticorū post aliquanta amplexiē emissio nes sp̄osæ, sicut hic opus Mariæ. ait em. Emissio nes tuæ paradisus cū fructu pomorū. Cyp̄rus cū nardis. Nardus cū crocis. Amplexiē ergo & in his emissio nes, ac munera sp̄osæ. Observauim⁹ sane qd in his qd nūc memorauim⁹, pluraliter primo, postmodū singulariter nar dū posuit: qd puto secūdū illā rationē dictū, qd negotiator regni celoz plures primo mar garitas negotiat, vsquequo ad vnā pueniat p̄ciosam. Et forte qd dīxit, Emissio nes tuæ para disus cū fructib⁹ pomorū, illos indicat fruct⁹ cū nardis plurimis, quos afferim⁹ ex institu tionib⁹ & doctrina p̄phetica. Ex doctrina vero ipsius dñi nr̄i Iesu Christi, emissio nes no stre, & munera non plures habet nardos, sed

A vnā. Sed nūc redeamus ad eā qd dīcit, Nardus mea dedit odorē suū: & vide si possumus ad huc etiā hoc in loco intelligere p̄senti, qd siqñ valuerim⁹ itegre & decēter exponere de deitate Christi, virtutēq; ei⁹ ac maiestatē dignis asseritionib⁹ cōsignare, tūc fortassis merito dicet, vel ecclia illa, vel aia qd ita manifeste potu erit gloriā eius exponere, Nardus mea dedit odorē suū. Nec mirū videri debet, si Christus quēadmodū fons est, & flumina aquæ viue de eo pcedit, & quēadmodum panis est, & vitā dat, ita & Nardus est, & odorē reddit, & vnguētū est, quo qd vnci fuerint Christi fiāt, sicut dicit in psalmo. Nolite tangere Christos meos. Et fortasse secūdū illud qd dīcit Ap̄l's, His qd exercitatos habet sensus ad discretio nem boni vel mali, singulis qbusq; sensib⁹ aie singula qd Christ⁹ efficit. Idcirco. n. & verū lumen dīcit, vt habeat oculi aie quo illuminē tur: idcirco & verbū, vt habeant aures qd audiāt: idcirco & panis vita, vt habeat gustus aie qd degustet. Idcirco ergo & vnguētū, vel nardus appellat, vt habeat odorat⁹ aie fragrā

B

fitia verbi. Idcirco & palpabilis, & manu tractabilis, & verbū caro factū dīcit, vt possit interi oris aie manus cōtingere de verbo vite. Hac aut̄ oia vnū atq; idē est verbū dei, qd p̄ hēc sin gula affectibus orationis cōmutatū, nullū aie sensum gratiæ suæ relinquat expertē. Alligātū guttæ fratruelis tne⁹ mihi, in medio vberū meorū manebit, siue cōmorabit. Eiusdē ad huc verba sunt sp̄osæ ad adolescētulas (vt vi detur) loquētis. Prius qdē dīxerat, qd nardus sua dedisset odorē sponso, & qd vnguētū quo vnixerat eum, odoris fragratiām recepīset: nūc aut̄ ait, Fraternus meus mihi guttam redolet: & hāc nō diffusam, neq; vt libet disp̄sam, sed colligatam & cōstrictam, quo scilicet odor ipsius suauitatis dēsior reddat, & vehe mētior. Et hic (ingt) cū talis sit, in medio vberū meorū demorat, & cōmanet, & requie ac mansionē suā facit in loco pectoris tnei. Vt sū qd nūc primū cognomiūtū eū fraternū suū sp̄osa, & nominis hui⁹ appellatione p̄ totū pene libelli textū frequēter vrit̄, dignū puto vt prius regramus appellationis ipsius causam, & quid, vel vnde fraternus dīcit, exponamus. Fraternus appellat fratrī fili⁹. Requiram⁹ qs D sit primo frater sponso, cuius hic filius habetur. Vide si possumus dīcere, sp̄osam qdē ex gentibus esse ecclesiā, fratre vero eius priorē populi, & fratre, vt res indicat, seniorē. Quia ergo ex illo populo Christus secūdū carnē na scitur, ob hoc ab ecclesia gentiū fratrī filius appellat. Qd ergo ait, Alligamētū guttae fraternus meus mihi, corporeq; nativitatis eius indicat sacramētū. Vide em quodāmodo al ligamentū esse, & vinculū quoddā animę cor pus, qd alligamentū gutta in Christo diuinæ virtutis ac suauitatis astingit. Si aut̄ ad vnā quāq; animā quē dicta sunt referunt, alligatura gutta dogmatū cōtinentię cōstrictio, ac diuinarū sententiātū nodositas intelligit. Inne xē em sibi inuicē sunt fidei rationes, & vinculis veritatis astrictæ. Deniq; & lex mūdū dīcit esse om̄e vas qd alligatū est, immūdū vero qd solutū fuerit, & non ligatū. Cuius rei hāc figura erat, qd Christus in quo nunq; fuit yla immūdūtia peccati, alligamētū gutta dīcit. Et ideo aia nō debet contingere aliqd dissolu tū, & qd nō sit ratiōe subnixū, & dogmatum veritate constrictū, ne immūda fiat. Qui em immundū contigerit, immundus erit secūdū legem. Continget nāq; eum sensus irrationabilis, & alienus a sapientia dei, & faciet eū immundū. Vide aut̄ si forte filium dei in carne gutta dīctum, & quasi breue aliqd & exiguis nominatum possumus accipere, sicut & Da

C

tiā verbi. Idcirco & palpabilis, & manu tractabilis, & verbū caro factū dīcit, vt possit interi oris aie manus cōtingere de verbo vite. Hac aut̄ oia vnū atq; idē est verbū dei, qd p̄ hēc sin gula affectibus orationis cōmutatū, nullū aie sensum gratiæ suæ relinquat expertē. Alligātū guttæ fratruelis tne⁹ mihi, in medio vberū meorū manebit, siue cōmorabit. Eiusdē ad huc verba sunt sp̄osæ ad adolescētulas (vt vi detur) loquētis. Prius qdē dīxerat, qd nardus sua dedisset odorē sponso, & qd vnguētū quo vnixerat eum, odoris fragratiām recepīset: nūc aut̄ ait, Fraternus meus mihi guttam redolet: & hāc nō diffusam, neq; vt libet disp̄sam, sed colligatam & cōstrictam, quo scilicet odor ipsius suauitatis dēsior reddat, & vehe mētior. Et hic (ingt) cū talis sit, in medio vberū meorū demorat, & cōmanet, & requie ac mansionē suā facit in loco pectoris tnei. Vt sū qd nūc primū cognomiūtū eū fraternū suū sp̄osa, & nominis hui⁹ appellatione p̄ totū pene libelli textū frequēter vrit̄, dignū puto vt prius regramus appellationis ipsius causam, & quid, vel vnde fraternus dīcit, exponamus. Fraternus appellat fratrī fili⁹. Requiram⁹ qs D sit primo frater sponso, cuius hic filius habetur. Vide si possumus dīcere, sp̄osam qdē ex gentibus esse ecclesiā, fratre vero eius priorē populi, & fratre, vt res indicat, seniorē. Quia ergo ex illo populo Christus secūdū carnē na scitur, ob hoc ab ecclesia gentiū fratrī filius appellat. Qd ergo ait, Alligamētū guttae fraternus meus mihi, corporeq; nativitatis eius indicat sacramētū. Vide em quodāmodo al ligamentū esse, & vinculū quoddā animę cor pus, qd alligamentū gutta in Christo diuinæ virtutis ac suauitatis astingit. Si aut̄ ad vnā quāq; animā quē dicta sunt referunt, alligatura gutta dogmatū cōtinentię cōstrictio, ac diuinarū sententiātū nodositas intelligit. Inne xē em sibi inuicē sunt fidei rationes, & vinculis veritatis astrictæ. Deniq; & lex mūdū dīcit esse om̄e vas qd alligatū est, immūdū vero qd solutū fuerit, & non ligatū. Cuius rei hāc figura erat, qd Christus in quo nunq; fuit yla immūdūtia peccati, alligamētū gutta dīcit. Et ideo aia nō debet contingere aliqd dissolu tū, & qd nō sit ratiōe subnixū, & dogmatum veritate constrictū, ne immūda fiat. Qui em immundū contigerit, immundus erit secūdū legem. Continget nāq; eum sensus irrationabilis, & alienus a sapientia dei, & faciet eū immundū. Vide aut̄ si forte filium dei in carne gutta dīctum, & quasi breue aliqd & exiguis nominatum possumus accipere, sicut & Da

Mm

Origenis

In Lantica cantorū

niel de eo dicit, Lapidē paruum de mōre exci-
sum sine manib⁹: & factū post hēc mōtē ma-
gnū. Vel sicut in libello duodecim pphetarū
nihilominus gutta qdē futura dicit, quæ con-
greget populū. Est ergo & in pphetis ita scri-
ptū. Et erit ex gutta populi huius cōgregat⁹
Iacob. Decebat em̄ etiā q veniebat congregare
non solū Iacob, sed & oēs gētes, q sicut pphe-
ta dicit, reputat̄ sunt tanq̄ gutta ex firula,
exinanientē se diuinitatis forma, effici ipsum
vt guttā, & sic venire ad cōgregādā guttā gē
E tiū, & guttā nihilomin⁹ reliquarū Iacob. Sed &
in quadragesimoquarto psalmo dicit ad dilec-
tiū, cui etiā ipse psalmus ascribit. Myrrha, &
gutta, & casia a vestimētis tuis. A vestimētis
ergo verbī dei quē est doctrina sapientiē, pce
dit myrrha, mortis dūtaxat īdicū p huma-
no genere suscep̄. Gutta (vt supra dixim⁹)
exinanita diuinitatis forma, seruīlis formæ
suscepta dignatio. Casia quoq; qm̄ id genus
herbē ags indefinētibus nutriti dicit & coale-
scere, redēptionē humani generis p aquas ba-
ptismi indicat datā. Sic ergo alligaturā gut-
tē fraternū suū spōsa tanq̄ nuptiali dramate
loquēs inter mediū vberū suorū cōmoratē dī-
cit. Vbera (vt superius iā diximus) p rincipale
cordis aduerte, in quo ecclesia Christum, vel
aīa verbū dei, desiderii sui vinculis alligatum
tenet, & astrictū. Si qs em̄ verbū dei toto affe-
ctu in corde suo, & toto amore constringit,
ipse solus poterit odorē fragratiē eius, & sua
uitatis accipe. Botrus Cyperi fratern⁹ me⁹
mihi in vineis Engaddi. Quātū ad literę ipsi⁹
explanationē, habet aliqd ambiguū qd̄ ait, Bo-
trus cyperi fratrib⁹ mihi: ga & vua florens
cyperus appellaſ, & species qdā extrinsec⁹ vīt-
gulti est q cyperus dicit, ferens etiā ipsa florū
dū quēdā fructū in modū florētis vuē platū.
Sed videſ magis ad fructū vītis respicere ser-
mo, qñqdē vinearū Engaddi facta est memo-
ria. Engaddū aut̄ ager terrē Iudæ est, nō tātū
F vineis quātū balsamis florēs. Hic ergo erit hi-
storicus sensus spōſe loquētis ad adolescentu-
las, vt intelligat dicēs. Primo qdē Nardus mea
odorē mihi spōſi mei reddit. Secūdo vero alli-
gamētū guttæ effectus est fraternus meus mi-
hi demorās iter media vbera mea. Tertio Bo-
trus cyperi ex vineis Engaddi supans oīne qc
qd est in odoribus, & floribus suauitatis: quo
scilicet audiētes hēc adolescētulę magis ac ma-
gis ad charitatē spōſi cōcītent̄ & amorē. Idcir-
co aut̄ singulatim, & p ordinē, primo Nardū
suā, deinde guttā, post hēc etiā Botrus cyperi
nomīnat, vt p eos gradus quosdā pfectus do-
ceat charitatis. Sed videamus iā qd spīritalis

habeat intellectus. Si quidē hīc q appellat Bo-
trus, ad fructū vītis referēdus est: Verbū defi-
accipimus sicut sapiētiā, & virtutē, & thesa-
rū sciētiē, aliaq; multa, ita & vītē verā dici. Si
cut ergo hīs qb⁹ efficit sapiētiā & sciētiā, nō
ad subītū, sed p pfectus quosdā, & gradus p
studiis, & intētione, ac fide eorū q ei vel in sa-
pientia, vel in scientia, vel in virtute partici-
pan̄, sapiētes eos & scientes reddit, vigētesq;
virtutib⁹: ita & in qbus vītis vera efficitur,
nō eis ad summū maturos botros pducit, &
dulces, nec repente eis efficit vītū suave, & le-
tificans cor hoīs, sed primo producit eis suau-
itatem tātūmodo odoris in florē. Botrus hīc
florēs esse memoratur in vineis Engaddi, vt
gratia fragratiē ipfius immittat̄ in initīis ani-
mē, vt post hēc pati possit acerbitatē tribula-
tionū & tentationū, quē ppter verbū dei crea-
dētibus excitant̄: & ita demū maturitatis ei⁹
dulcedinē p̄bet, vītū dū pducat eos ad torcu-
laria vbi effundit̄ sanguīs vuē, sanguīs nouī
testamenti, q bibatur in die festo in superiorib⁹
bus, vbi stratū magnū paratū est. Sic ergo per
singulos hos pfectus graduū īcedere oportet
eos, q per sacramētū vītis, & Botrus cyperi
īniciati, ad perfectionē ferunt̄, & calicem nouī
testamenti ab Iesu suscep̄tum bibere cōtēdūt.
Qz si Cyperus sui generis arbor accipiendus G
est, cuius fructus etiā flos non tantum odoris
suauitatem, quantū & vīm calefaciendi, ac fo-
uēdi dicit̄ possidere: illa sine dubio accipitur
sponsi vītus, qua īcalefēt̄ animē erga fidē
eius & charitatē, quē cōtingebat eos qui dice-
bāt. Nōne cor nostrū erat ardēs intra nos, cū
adaperiret nobis scripturas! Vel certe qm̄ de
vineis Engaddi Botrus hīc florens nomīnat
esse, Engaddi autē īinterpretatur oculus tēta-
tionis meę: si qs est qui intellectū habere po-
test quomodo tētatio est vīta hoīs sup terrā,
& intelligit quomodo qs in deo eripitur a tē-
tatione, & q agnoscit qualitatē tētationis suę
ita vt possit de ipso dīci, quia ī his omnibus
non peccauerit labiis suis corā deo, huīc Bo-
trus cyperi de vineis Engaddi efficit verbum
dei. Obseruandū tamē est q verba sponsa ita
referuntur, vt & Nardus, & alligamētū gut-
tē, & Botrus cyperi ipsi soli fint, vt pote quæ
īn hos iā profectus ascenderit. Sola em̄ perfe-
cta anima est quē ita habet purum, & purga-
tum odoramentū sui sensus, vt possit Nardū
& guttæ, & cyperi ex verbo dei procedentis
fragrantiam capere, & gratiam diuini odoris
haurire.

Explicita est Homilia Secunda.

Homilia. III.



Homilia. III.

Cce es speciosa pxima mea: ecce es speciosa: oculi tui colubarū. Secūdo iā spōsa in verbo colloqoꝝ miscet. Et p̄io qdē sermone inuitauit eā ad hoc vt cognosceret semetipsam, dīcēs ei, q̄ bona qdē esset iter mulieres, sed n̄isi cognosceret semetipsam, certa quę patereſt. Et quaſi q̄ velociter ad agnitionē ſui ſenu intellectuꝝ cucurrerit, cōparat eā egs ſuīs, vel egratuī, qbus obtinuerit curr⁹ Pharaonis. Sīmul & genas eius p̄ insigni verectudia, & cōuerſationis pnicitate turturib⁹ cōparat, ceruicēꝝ eius ornamētoꝝ redimiculis. Nunc aut̄ iā speciosam pſiteſt eā, & speciosam nō ſic vt prius in mulierib⁹ tātū, ſed quaſi pximā ſibi: & adhuc in maius titulum laudis extollit, & affīrmāt q̄ nō tantū cū pxima eſt ei, speciosa ſit, ſed & ſi contingat ei abſentē eſſe, etiā ſic speciosa ſit. Hoc em̄ indicat in eo, q̄ cū dixiſſer, Ecce es ſpeciosa pxima mea, addit⁹ post hēc absolute, & fine vlla adiūctio-

B ne. Ecce es ſpeciosa. Sed in ſuperiorib⁹ nō laudauerat viſum eius, credo q̄a nondū ad intutum profecerat ſpiritalis intelligentię, nūc ergo ait. Oculi tui colubarū. Grādis in hoc pſeſtus eius oſtendit, vt quę prius tantū ſpeciosa in mulieribus dīcta eſt, nūc vt pxima ſpeciosa dicat, ex ip̄o ſine dubio ſpōſo ſplendorē decoſis accipiēs, vt ſemel ab ipſo ſumpta pulchritudine, etiā ſi accidat ei paululū ſpōſi abſentiā pati, nihilomin⁹ pulchra pmaneat. Qz autē oculi eius cōparant colubis, ob hoc pſecto cōtingit, q̄a diuinas ſcripturas nō iā ſecundū literā, ſed ſecundū ſp̄m intelligat, & aspiciat in eis ſpiritalia mysteria. Coluba em̄ īdīciū eſt ſp̄s sancti. ſpiritali ergo ſenſu intelligere legē & pphetas, hoc eſt oculos colubē habere. Et hī qdē colubē oculi eius appellantur, in Psalmitis vero hm̄oi aīa pēnas ſibi dari colubē deſiderat, vt volare poſſit in intellectū ſpiritali liū mysteriorū, & requiescere in atrīis ſapienſie. Sed & ſi dormire q̄s poſſit, hoc eſt collocaziō & requiescere ī medio ſortiū, atq̄ intelligere ſortiū rationē, & cognoscere diuini iudicii cauſas, nō ſolū pēnē colubē qbus in ſpiritali bus intellectib⁹ volet, pmittūt ei, ſed deargētate pēnē. i. verbi & rationis ornamēto deco-

C ratę. Scapulę quoq̄ ei⁹ ī ſpecie aurifieri dīciū tur, vbi cōſtantia fidei, & dogmatū ſtabilitas indicat pſectorū. Ergo ſi caput eſſe Christ⁹ dīcitur, nihil puto absurdū videri, ſi & oculi eo rū q̄ ſecundū interiorē hominē ſpiritaliter inſtelligunt, & ſpiritaliter diuudiſt, ſp̄s sanct⁹

Fo. LXXXVIII.

esse dicantur. Et ob hoc fortassis in lege ſicut agnus poſitus eſt, p̄ cuius hostiā populus purificaret in paſcha; ita & colubē poſite ſunt, qbus purificat homo ingressus hūc mūdū. Sed & de eo nūc dicere, & hostiarū qualitates diſcutere, lōgior videt excessus, & ppoſito operi minime cōueniens. Hēc aut̄ memoraffe sufficiat pro eo qđ pſens ſermo cōtinet: Oculi tui colubē, quaſi diceret, oculi tui ſpiritalis ſunt, ſpiritaliter vidētes, ſpiritaliter intelligentes. Poteſt adhuc pfundiore fortassis ſacramento qđ dīxit, Ecce es ſpeciosa pxima mea, intelligenti de pſenti ſeculo dīctū: q̄a ſpeciosa qdem ſit & hīc ecclesia, cū pxima eſt Christo, & cū imitatiā Christū. Qđ vero iterauit, & dīxit, Ecce es ſpeciosa, poteſt ad futurū ſeculum pteinere, vbi iā nō ſolū imitatione, ſed ipsa ſui pfectiōe formosa eſt & ſpeciosa: & ibi dicat eſſe oculos eius colubas, vt duorū oculorū colubē duę in telligant eſſe filius dei & ſp̄s sanctus. Et nemiteris ſi coluba ſimul dicat, cū vterq; ſimiſter aduocat⁹ dicat, ſicut Ioannes euangelista declarat, ſp̄m quidē sanctū dīcēs paracletū, qđ eſt aduocatus. Et de Iefu Christo nihilomin⁹ in epīſtola ſua dīcit, q̄a ip̄e fit aduocat⁹ apud patrē p̄ peccatis noſtriſ. Sed apud Zachariā prophetā duę oliuā ad dexterā & ad ſinistrā candelabri poſitā, vñigenitū nihilominus, & ſp̄m sanctū deſignare credunt. Ecce es bon⁹ D fraternus meus, & qdē ecce es ſpeciosus, cubile noſtrū vmbroſum. Nūc primū videt atten- tius inſpexiſſe ſpōſi ſui pulchritudinē ſpōſa, & cōſideraſſe illis oculis q̄ columbē eſſe dīcti ſūt, decus & ſpecie verbi dei. Quia reuera nō poteſt pri⁹ pſpīci nec agnoscī quāta ſit in verbo magnificētia, niſi prius oculos quaſi colubē, id eſt intelligentiā ſpiritalē accipiat. Com mune aut̄ cubile ſibi qđ dīcit eſſe cū ſponſo, corpus hoc mihi videt indicari animę, ī quo adhuc poſita dīgna habita ſit aſcīſi ad conſortiū verbī dei. Idq; vmbroſum, vtpote non aridū, ſed fructuoſum memorat, & tanq; denſitate boni operiſ nemoroſum. Sed hēc ſponſa dīcit, anima dūtaxat quaē colubē iā oculos habet. Hī vero q̄ tantūmodo credūt ſponſo, nō tñ pſpīcere poſuerūt in verbo dei quanta ſit pulchritudo, dīcūt. Et vidimus cū, & non habebat ſpecie, neq; decorē, ſed ſpecies eius in decorā, & deficiēs p̄ ſiliis hoīm. Quę aut̄ be ne pſecit, & ſupergreſſa eſt adolescentularū, & octoginta cōcubinarū, & ſexaginta regina- rū ordinē, iſta aīa poſteſ dicere. Ecce es deco- E rus fraternus meus, & quidē ſpeciosus. Sed & ſi adhuc in corpore poſitus intelligentiā denſitatem ſpiritaliū ſenſuū, & intelligentiā ſcriptu-

Mm ii